

YL  
635

XIV. 31<sup>e</sup> O.

cat. 4, 61.

*Handwritten text at the top of the page, possibly a title or date.*


*Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.*



1. Templum.
2. Auditorium theol.  
cu subiacet Bibliotheca
3. Auditorium Jur.
4. Auditorium Phil.
5. Consistorium.
6. Aud. Med. et Anat.
7. Musæa
8. Carcer

## COLLEGIUM IENENSE.

9. Area.
10. Oeconomica.
11. Convictorium.
12. A. Des Inspectoris.
13. Bibliopollum.
14. Observatorium.
15. Hort. Medicus.
16. Hort. Templo  
adiacens.



Caspar Junghans. F. excudit.

BARTHOLOMAEI CHRISTIANI  
RICHARDI  
COMMENTATIO  
DE  
VITA  
ET  
SCRIPTIS  
PROFESSORVM  
HODIE  
IN ACADEMIA IENENSI  
PVBLICE DOCENTIVM.

---

SALVSTIVS.

*Is demum mihi viuere et anima frui videtur, qui aliquo  
negotio intentus, praeclari facinoris aut artis bonae  
famam quaerit.*

---



IENAE  
Sumptu HEREDVM MATTHAEI BIRCKNERI.  
clō lccc X.

Ceslar Jungbaus, F. X. 1811.



ERRATUM  
COMMISSIONARIO  
VIA  
SOCIETAS  
PROFESSORUM





BARTHOLOMAEI CHRISTIANI  
RICHARDI

Bibliothecarii in Academia Salana  
Ducalis Saxonici

*Praefatio ad Lectorem.*



Edit tibi nuper,  
humanissime  
lector, Pro-  
fessorum Ie-

) ( 2

nen-

nensium imagines ad vi-  
 uum eleganter expressas  
 chalcographus integer-  
 rimus, CHRISTOPHO-  
 RVS VEIGELIVS: iam  
 eorundem vitae a me  
 breuiter elaboratae in  
 tuum prodeunt conspe-  
 ctum. Non veniet opi-  
 nor in reprehensionem  
 ille conatus, quippe qui  
 a consuetudine huius  
 saeculi non alienus est,  
 & iuuenibus literarum  
 doctrina imbutis haud  
 spernendam utilitatem  
 pollicetur. Genere ora-  
 tionis



tionis simplici & perspi-  
 cuo insigniora illorum  
 facinora consignavi, &  
 vt apud aequos rerum  
 aestimatores gratiam ali-  
 quam inire, opera quae  
 bono publico diuulga-  
 runt, & quorum ad me  
 notitia peruenit, dili-  
 genter etiam adieci.  
 Multa in elogiis de in-  
 dustria praetermisi, vt  
 grauissimorum modesti-  
 ae virorum parcerem, ac  
 turpissimum adulationi-  
 nis crimen omni modo  
 euitarem. Quare si haec,  
 ORDO X 3 quae

quae fuggesta sunt, can-  
dide lector, pari mecum  
ingenuitate exceperis,  
efficiam, vt alia diligen-  
tiae monumenta, maxi-  
me quae lumen histo-  
riae literariae accen-  
dunt, sed primo omnium  
eruditas nec dum editas  
illustrium aliquot viro-  
rum epistolas, & in quos-  
dam Latii scriptores cri-  
ticas notas, in scriniis  
meis iam diu asseruatas  
a me propediem ex-  
pectes.

ORDO



A. N. A.

# ORDO THEOL.

MICHAEL FOERTSCHIVS  
SS. THEOL. D. ET PROF. PVBL.  
PRIMARIVS.



Ascendi feliciter illi obitige  
in Franconia orientali, pri-  
scorum Teutonum antiqua  
sede, speciatim in tractu ad  
Tubaris Moenique conflu-  
entem sicut, quem multa  
vetustatis Germanicae monimenta maxi-  
mopere illustrant. Est eo in limite nobi-  
lissimum VVerthemii oppidum, in quo Dei  
beneficio originis felicitas MICHAELI tri-  
buta est A. cio 13c LIV, ex antiqua familia  
Foertschiorum, qui ob repurgatae religio-  
nis studium e Pabebergenfi agro egressi, in  
Saxoniam migrarunt, & praecipuis sacri or-  
dinis muneribus praesuerunt. Parentibus  
optimis, viro perquam nobili amplissimoque  
IACOBO FOERTSCHIO, Senatori Vert-  
hemensi, ob vitae sanctimoniam morumque  
integritatem valde conspicuo, & matris or-  
natiss

A

natisimae, Margarethae, ex honestissima & celebri Eluvertorum familia prognatae, statim cura insedit, vt filium sacris initiatum, ad omnes res bonas excolerent, & idoneis praeceptoribus in disciplinam traderent dicarentque. Nec ILLUSTRIS LINSE MANNVS, Consiliarius Badensis intimus, in cuius notitiam vndecimo aetatis anno noster non sine diuini Numinis prouidentia peruenerat, a se alienum putauit, in partem consilii venire, & contentione quadam amoris subleuare educandi curam. Durlacum igitur abductus, & doctoribus FECHTIO, ARNOLDOque comendatus & creditus, cunctis mirantibus gnauiter profecit. Hoc labore defunctus, duodeuiginti annos exegerat: postea Argentoratensem Academiam adire iussus, philosophis pariter ac Theologis exquisitissimis, sigillatim OBRECHTO, ZENTGRAVIO, FAVSTIO, BEBELIO, SCHMIDIO per septem annos diligentiam approbavit, & acris ingenii fidem fecit. Ab his diuinarum rerum scientia excultus, sapientiaeque studiis formatus, A. MD LXXVIII Ienam venit, & accuratas ibi studiorum rationes auspicio MVSAEI, BECHMANNI, BAIERI, SAGITTARII, SIMONIS & BECKII constituit. Iena Helmstadium progressus, in D. TITII, Theologi primarii disciplinam conuictumque se tradidit, & illustri inprimis

mis CONRINGIO familiariter vsus est, qui  
 aditum ei ad memoriam temporum rerum-  
 que gestarum penitus aperuit, atque ipsos  
 bibliothecae suae thesauros sine inuidia ex-  
 promptis. In reditu ex inferiori Saxonia,  
 Lipsiensem primum, & hinc Aldorfinam  
 adiit Academiam, in illa, Theologum do-  
 ctina perinde vt exemplo summum, ADA-  
 MVM SCHERZERVM salutauit, in hac  
 magno VAGENSELIO, & acutissimo  
 STYRMIO, atque Norimbergae viris o-  
 mni liberali doctrina politissimis innotuit.  
 Interea temporis, honores & munera pū-  
 blica absentem manebant, quae ipse, redux  
 factus, postea suscepit. Namque primum  
 A. cis rōc LXXXV in aula Durlacensi Dia-  
 conus, & in illustri eius loci Gymnasio  
 Professor Theologiae constitutus, potesta-  
 tem recipiendi summum in Theologia gra-  
 dum rite impetrauit, quem anno sequente  
 & ipsum Gieslae Hessorum est adeptus.  
 Anno autem cis rōc LXXXVII antistes sa-  
 crorum aulicorum consiliariusque factus  
 atque inauguratus, pro coelesti veritate, vo-  
 ce perinde, ac stylo strenue propugnare  
 continuauit. Inter tristes ancepsitque su-  
 perioris belli Gallici casus, qui communem  
 patriam vehementer affligebant, Basileam  
 iussu Principis se contulit, & Loeraci, in dy-  
 nastia Rotelenti, Basileensibus finitima, di-  
 uinioris verbi praeconibus disputationum

argumenta typis exscripta fuggesfit. Verum sub anni cio 1709 exitum, ab EBERHARDO LVDOVICO, Serenissimo Virtembergensium Duce, euocatus, Tubingam concessit, vbi in Theologorum & stipendii Ducalis ephorum numerum receptus, quicquid est Theologiae, continenter ac sine vlla intermissione studiosis iuuenibus inculcauit. Mutata rerum Germanicarum in oris Suenicis facie, cum vndique eius fama literarum innotuisset, Serenissimi Saxoniae Duces, qui omnem curam adhibebant ornando & augendo. Ienensi Athenaeo clarissimis viris, ipsi A. cio. 1705 inter hos primarium locum, assentiente Academiae Senatu, clementer dederunt, quem haectenus insigniter locupletare non intermisit.

Scripta ab eo edita:

Meditatio de origine scripturae sacrae, prout ea lumini naturae conueniens est, vbi Huetii imprimis & Conringii sententiae de vi argumentorum hic instituendorum expenduntur. Durlaci 1684. in 4to.

Dissertatio inauguralis de ANALOGIA FIDEI, e S. Scriptura non modo, sed & Historia Ecclesiast. deducta. Giessae 1688.

De priuata fidelium institutione, ex officio ministri ecclesiae, diss. Loeraci in Aedium capitularium conuentus Ecclesiastici conclauu maiori habita 1691.

De officii Christiani efficacia iuxta natu-  
ram & gratiam, ibid. A. 1694. 4to.

Das in Gott stille Christenthum, mit sei-  
nem interesse aus Gottes einigem Wesen  
und Würcken ausgeführet &c. nebst histo-  
rischen Vortrag deren Abwegen und Irthu-  
mer derer Geistler und Quietisten, Franck-  
furth 1696. in 8.

Specimen e Theologia Dogmatica &  
Moralis desumptum, de rerum conditu, pri-  
mo obligationis erga Deum, Dominum, in-  
dice. Tubingae 1697. in 4to.

Diui Ambrosii, Episcopi Mediolanensis  
de officiis libri tres, cum commentatione  
loco manuductionis ad philosophiam mo-  
ralem, & iurisprudentiam Naturalem &  
Christianam veterum ecclesiae doctorum.  
Stutgardiae 1698. in 8.

Decas selectarum dissertationum Theo-  
logicarum, cum appendice duarum ora-  
tionum, Tubingae 1704. in 4.

Dissertatio Isagogica, repetitionis doctri-  
nae christianae, e verbo Dei instituendae pia  
antiquitate aliisque subsidiis illustrandae  
vsibus polemicis & practicis deducendae,  
Jenae 1705.

De peregrinationibus religiosis iudaico-  
ethnico-pontificiis, auctore Io. Jacobo Seelig,  
M. Francos. Jenae 1705.

Breuiarium controuersiarum praecipua-  
rum ac modernarum. Jenae 1706.

Commentatio ad verba foederalia Luc,  
XX. 37 38. Ienae 1707.

Consideratio Historico Theologica τῆς  
ἀπορχωρίτου in peccato aduersus Spiritum  
Sanctum. Ienae 1707.

De Catholicismi gratiae, ad gentiles sub  
V. T. pertingente oeconomia, auctore Iaco-  
bo Christoph. Zandt. Durlach. Ienae 1707.

De aeterna & temporali generatione,  
Messiae, qua simul hypotheses Petri Poiret  
& Bernardi Connor in hoc argumento se-  
cundum scripturam examinantur, & cum ea  
conferuntur, auctore, Carolo Ludouico  
Hahn, Thuringo. Ienae 1707.

De excessibus in pietatis studio iuxta ve-  
ritatis, charitatis atque prudentiae regulas  
caute euitandis, auctore M. Henrico Barth,  
Argentoratensi. Ienae 1708. in 4.

Discussio principalium punctorum,  
Theologicorum nostro tempore maxime  
controuerforum Pars I & II. Ienae 1709.  
sumptu Tobiae Oehrlingii. 4.

IOANNES FRANCISCVS  
BVDDEVS,

SS. THEOL. D. ET PROF. PVBL. ORD.

**N**atus est Anclamiae Pomeranorum,  
anno Christi 1710 LXVII, sept.  
Kal. Iul. patrem habuit M. Franci-  
scum



scum *BVDDEV*M, antistitem ibidem primarium & Synodi praepositum, qui ob singularem eruditionem, pari cum pietate, coniunctam omnibus oppidi incolis charus acceptusque fuit. Ab hoc dexterimis traditus praeceptoribus, annos circiter, XVII natus, in literis, quae ab humanitate nomen acceperunt, tantos progressus fecerat, ut suorum aequalium cederet nulli. Mox Vitembergam ablegavit, ubi, cum philosophiae spatia emensus esset, ad amplectendum Theologiae & antiquitatis studium non inuitus accessit, & viros nostra memoria maximos, MICHAELEM VALTHERVM, CONRADVM SAMVELEM SCHVRZFLEISCHIVM, IO. GEORG. NEVMANNVM inprimis se & tatus est. Horum ex sermonibus, quicquid ad reconditam diuiniore doctrinae & rerum priscarum cognitionem pertinebat, celerrime domum suam transtulit. Lauream sapientiae maturo consilio sumpsit, sumptaque diligenter ornauit. Nam in solem & puluerem non raro prodiit, & praesidio SCHVRZFLEISCHII tyrocinium posuit, ac institutis deinde scholis quamplurimis, iuuentutem pro virili erudiuit. Quo factum est, ut anno MDLXXXIX ab incluti philosophorum ordinis decurione in numerum Adfessorum cooptaretur. Deinde Ienam delatus, maiori animo rem gesit, & susceptis institu-

tisque in diuersis doctrinarum partibus, speciatim in argumento philosophiae moralis & historiae, commentationibus, non vulgaris scientiae opinionem sibi conciliauit. Rei bene gestae fama in finitimas regiones perlata, ad prouinciam Doctoris Graecae Latinaeque humanitatis in Gymnasio Coburgensi capessendam tabulis si de & auctoritate publica munitis excitus est; eamque spartam accepit quidem, sed per annum duntaxat temporis spatium sustinuit. Nam sub ipsa auspiciis constituenda inaugurandaque Academiae, Halas Saxonum honesto stipendio inuitatus, sedem mutauit. Hic auditorum industria & aemulatione excitatus, selecta & altioris momenti capita, quae in volumen postea creuerunt, pertractauit, & commentando scribendoque maximam mentis vim ante oculos posuit. Tandem eodem, quo magnificus FOERTSHIVS, anno, a clementissimis NVTRITORIBVS, Theologiae doctorandae munus in hac alma studiorum matre suscepit, quod huc vsque insigni rei literariae & Ecclesiae emolumento administrauit.

Scripta eius edita haec sunt.

Synopsis Iuris Naturae & Gentium, iuxta disciplinam Ebraeorum, quae vna cum Historia Iuris naturae addita est Viri illustris

fris. Ph. Reinh. Vitriarii Institutionibus  
iuris naturae & gentium 8. Halae 1695.

Dialogus de moribus Philosophorum,  
12. Ienae 1695.

De instauranda disciplina ecclesiastica,  
praefatio, praemissa Ioan. Amosi Comenii  
Historiae Fratrum Bohemorum, 4. Halae  
1702.

Vorrede von dem rechten Gebrauch der  
Schriften Lutheri über einen neuen Theil  
seiner in denen Altenburgischen tomis bis-  
her vngedruckten teutschen Schriften, fol.  
Hall 1702.

Introductio ad historiam Philosophiae  
Ebraeorum, & dissertatio de haeresi Valen-  
tiniana 8. Halae 1702.

Praefatio in Io. Fr. Pici Mirandulae libros  
duos, de studio diuinae & humanae philo-  
sophiae, 12. Halae.

De aucta insigniter per recentissimas  
quasdam epistolarum collectiones re lite-  
raria & ecclesiastica dissertatio praelimina-  
ris, & supplemento Epistolarum Lutheri,  
praemissa, 4. Halae 1702.

Parerga historico theologica, quae recu-  
sas exhibent varias dissertationes antea se-  
paratim editas, 8. Halae 1702.

Elementa Philosophiae instrumentalis,  
seu institutionum Philosophiae eclecticae  
tomus 1, 2, & 3. 8. Halae.

Praefatio de Fatis studii Logici nouae  
edi.

editioni , artis cogitandi praemissa 8.  
Halae.

Selecta iuris naturae & gentium 8. Ha-  
lae 1704.

Analec̃ta Historiae philosophicae seu  
Dissertationum philosophicarum tom. III.  
8. 1706.

Dissertatio praeliminaris, Diodori Tulde-  
ni Libris V. de Cognitione sui, praemissa.  
Ienae 1706.

De Augmento Studii Theologici praefa-  
tio, praemissa B. Bechmanni Institutionibus  
Theologicis. Ienae 1706.

De origine & auctoritate Catechismi  
praefatio praemissa B. Bechmanni Annotat.  
in Io. Conradi Dieterici Institutiones Cate-  
cheticas, 1706. Ienae 8.

Disquisitio Theologica de moderamine,  
inculpatae tutelae in certaminibus Theo-  
logorum, cum observationibus Apologeti-  
cis, 8. 1708. Ienae.

Censura & Approbatio, Theologiae δι  
ἐλίγων Hannouerae sumptibus Nicolai Foer-  
steri editae, praemissa 1708. 8.

Philosophischer Discurs von der Welt-  
vnd Schul Gelahrheit, vvelcher dem ersten  
Tomo des Lichts der Weisheit, vvelches  
M. Martin Musig verfertigt hat, praemitti-  
ret ist, 8. 1709.

In obseruationum selectarum tomo pri-  
mo praeter praefationem, obseruatio 1. 15.  
16. &c

16. & 21. in tomo secundo obseruatio 10. in tomo tertio, obseruatio 12. 13. 14. in tomo quarto obseruatio 12. & 21. in tomo quinto obseruatio 9. & 11. in tomo sexto obseruatio 25. & 29. in tomo septimo obseruatio 18.

Dissertatio historica, de symbolis eucharisticis, Witteb. 1687.

Dissertatio philologica de Theodotione, ibid. 1688.

Dissertatio prior, de ritibus Ecclesiae Latinae iudaicis. ibid. eod. anno.

Dissertatio posterior, de ritibus Ecclesiae Latinae iudaicis. ibid. 1689.

Exercitatio philosophica, de Instrumento morali, ibid. eod. anno.

Dissertatio philologica, de Allegoriis Origenis. ibid. eod. anno.

Dissertatio historica, de Ludouico Batiaro Imp. Rom. Ienae eod. anno.

Dissertatio philologica, de Ruina Muro- rum Hierichuntorum, ibid. 1690.

Dissertatio historico politica, de Artibus Tyrannicis Hieronymi Sauanorolae, ibid. anno eod.

Dissertatio philosophica, de paradoxo Platoniorum, Deum nec intelligere nec intelligi. *θεῖον ἢ νοητὸν* seu illud quod in oratione diuinum est, ad illustrandam Sect. XXXI. Dionysii Longini ibid. anno eod.

Dissertatio historica, de peregrinationibus Pythagorae, Ienae 1692.

De

ni. De origine Cardinalitiae dignitatis, scheidiasma historicum, ibid. anno eod.

ομοφιλοσοφου φιλομυθου, i. e. philosophus fabularum amator, dissertatione historico philologica delineatus.

Prudentiae civilis Rabbinae specimen, siue R. Isaaci Abarbanelis dissertatio de principatu Abimelechi, obseruationibus illustrata in 12. Coburgi 1693.

De eo quod abominabile Deo est, seu caractere legis moralis. Halae Magd. 1694.

De iure zelotarum in gente Ebraea ibid. anno eod.

Dissertatio politica de Expeditionibus cruciatis, ibid. eod. anno.

Obseruationum politicarum in C. Cornelii Taciti annal. lib. 1. diss. prima, ibid. anno eod.

Obseruationum politicarum in C. Cornelii Taciti Annal. L. 1. diss. secunda ibid. anno eod.

Dissertatio theologica inauguralis, de capitibus quibusdam fidei, de quibus clarissimi viri Petrus Chauvinus, Vrigniusque inter se contendunt, praefide B. Io. Guilielmo Baiero S. Theol. tunc temp. D. P. P. Confiliario Brandenburgico &c. habita ibid. 1695.

Obseruationum politicarum in C. Cornelii Taciti Annal. L. 1. diss. tertia, ibid. anno eod.

Obser-

Observationum politicarum in C. Corne-  
lii Taciti Annal. L. 1. dissertatio quarta & vl-  
tima ib. anno eod.

Praemissum est hisce dissertationibus  
programma de C. Cornelio Tacito, ibid.  
eod. anno.

Historia Iuris Naturae, item Synopsis Iu-  
ris Naturae & Gentium iuxta disciplinam  
Ebraeorum, prodierunt vna cum Philippi  
Reinhardi Vitriarii instit. I. N. & G. in 8.  
Hal. Magd. eod. anno.

Dissertatio moralis de Successionibus  
Primogenitorum, ibid. eod. an.

Dissertatio moralis, de Pietate seu Reli-  
gione naturali, ibid. an. eod.

De iure belli circa res sacras, ibid. eod. an.

Dissertatio politica, de Principe legibus  
humanis, sed non diuinis soluto, ibid.  
anno eod.

De praecipuis Stoicorum in philosophia  
moralis erroribus, dissertatio prima, ibid.  
eod. anno.

De meritis Serenissimae Gentis Branden-  
burgicae in philosophiam literasque huma-  
niores, oratio, in panegyri qua quindecim  
viris iuuenibusque summi in philosophia  
honores conferebantur, habita ibid. 1696.

De praecipuis Stoicorum in philosophia  
moralis erroribus dissertatio secunda, ibid.  
anno eod.

De

De praecipuis Stoicorum in philosophia morali erroribus diff. tertia, *ibid.* anno eod.

De praecipuis Stoicorum in philosophia morali erroribus diff. quarta & vltima, *ibid.* eod. anno.

De habitu animae eiusque Facultatum ad actiones morales, *ibid.* anno eod.

Dissertatio politica, de Ratione Status circa Federa, anno eod.

Elementa philosophiae practicae, in quibus continentur (1.) Ethica, (2.) Iurisprudentia naturalis, (3.) Iurisprudentia gentium, (4.) Politica generalis, (5.) Politica specialis, *ibid.* 1697.

De amore Felicitatis suae ordinato, seu primo iuris naturae principio, *ibid.* anno eod.

Oratio funebris in obitum perillustris ac generosissimi Domini, Domini Sigismundi, Lib. Baronis de Bibran & Madlau, Domini in Reifick, Oelfe, Kitlitz Treben, Osig, Waldenburg, Adelsbach, Giesmandorf &c. XIII. Cal. Maii A. M. DC XCVII. habita, & cum aliis monumentis funebribus in fol. Goerlitiae impressa *ibid.* 1697.

Theses philosophicae, de naevis Ethicae Aristotelicae, *ibid.* 1698.

Dissertatio philosophica de Scepticismo morali, *ibid.* eod. anno.

An naturali homines polleant vaticinandi facultate, *ibid.* eod. anno.

Ethica



Ethica Thaletis Milefii, *ibid.* 1699.

Ethica Pittaci Mitylenaei, *ibid.* anno eod.

Ethica Biantis Prienci, *ib.* anno eod.

Ethica Solonis Salaminii *ibid.* eod. anno.

Legum Solonis & Mosaicarum collatio,  
*ibid.* eod. anno.

Ethica Cleobuli Lindii, *ibid.* eod. anno.

Ethica Periandri Corinthii *ib.* eod. anno.

Ethica Chilonis Lacedaemonii *ib.* anno  
eod.

Coniunctim hae disputationes editae  
sunt, sub tit. Sapientia veterum, hoc est,  
dicta illustriora septem Graeciae sapien-  
tum, dissertationibus aliquot academicis  
explicata, vna cum programme: de ve-  
ro & genuino philosophiae moralis apud  
Christianos vsu *ibid.* eod. anno.

Dissertatio moralis, de cultura ingenii,  
*ibid.* anno eod.

Dissertatio politico moralis, de officio im-  
perantium circa conscribendum militem,  
*ibid.* 1700.

Der Weg der Vollkommenheit in dem  
frühzeitigen Tode des Gerechten, in einer  
Trauer-Rede, als die Hoch-Edle, Hoch-  
Ehr- und Tugendbegabte Frau, Frau Maria  
Catharina Stryckin, gebohrne Alexandrin,  
&c. zu ihrer Ruhe-Stätte bey volkreicher  
Versammlung den 29. Nou. A. 1700. ge-  
bracht vvrde, vorgestellt. Impressa est haec  
oratio cum aliis monumentis huc spectan-  
tibus, *ib.* anno eod. Con-

Concordia Religionis Christianae, Statusque ciuillis, ibid. 1701.

De Testamentis Summorum Imperantium, speciatim Caroli II. Hispaniae Regis, ib. eod. anno.

Dissertio Iuris gentium, de contrauentionibus Federum, ib. anno eod.

Dissertatio historico-moralis de eo quod decet circa Solemnia Principum.

Dissertatio historico-moralis, de superstioso mortuorum apud Chineses cultu, ib. anno eod.

Dissertatio historico-moralis de *καθόρου* Pythagoraeo-Platonica, ib. eod. anno.

Dissertatio historico-moralis de *ἀσκήσει* philosophica.

Vltior disquisitio de iure gentis Austriae in regnum Hispanicum, in qua respondetur ad ea, quae in commentariis Historiae litterariae inferuentibus, qui in Gallia iussu & auspiciis Serenissimi Ducis Cenomanensis publicae luci exponuntur, dissertationi de testamentis summorum Imperantium, speciatim Caroli II. Hispaniae Regis obiciuntur, & excerpta quoque historico Iuridica, de natura successionis in Monarchiam Hispaniae, accuratius sub examen reuocantur, Halæ 1702.

Quaestio politica: an Alchimistae sint in Republica tolerandi ib. anno eod.

Dissertatio Iuris naturalis de comparatio-

ne obligationum quae ex diuersis hominum statibus oriuntur ib. 1703.

Historia doctrinae de temperamentis hominum ib. 1704.

Programmata, quibus ad praelectiones publicas valedictorias, in decem praecipua moralis civilisque prudentiae capita, totidem horis absoluenda, harum literarum cultores in Academia Hallensi inuitabantur ib. 1705.

Theses philosophicae, de rationum moralium & civilium ad alias disciplinas translatione caute instituenda, quibus praemissa est inuitatio ad orationem valedictoriam ib. anno eod.

Dissertatio praeliminaris *ἡ ἐπιτομή τῆς ἡθικῆς* *Ψευδοθήκης* ex 1. Tim. VI. 2. Ienae anno eod.

Oratio de veritatis & pietatis nexu necessario, ad auspicandum rite munus docendi theologiam ib. anno eod.

Dissertatio historico-theologica, qua probatur Clementem Romanum atque Irenaeum non fauere Missae Pontificiae ib. anno eod.

Quae coniunctim sub titulo, primitiarum Ienensium edita, eodem anno alibi furtim recusa sunt.

De praerogatiuis fidelium noui testamenti, prae fidelibus veteris testamenti ib. 1705.

De origine & potestate episcoporum,  
contra Henricum Dodwellum ib. anno eod.

Praefatio Io. Conradi Schvvarzii libro de  
plagio litterario praemissa ib. anno eod.

Infans Doctor, seu programma in festum  
natiuitatis Christi ib. anno eod.

Prolusio academica, de theologiae pole-  
micae studio recte instituendo. ibid. 1706.

Exercitatio theologica, de peccatis typi-  
cis, ibid. anno eod.

Ἄγγελοι ἐπιθυμῶντες παρακύψαι ex 1. Petr.  
I, 12. seu programma in festum natiuitatis  
Christi, ib. anno eod.

Meditatio theologica, de Seruatoris no-  
stri exaltatione dolorosa, eiusque effectu, ex  
Ioh. XII. v. 32. ibid. 1707.

Temperamentum laetitiae & tristitiae,  
contra Fridericum van Leenhoff, seu pro-  
gramma in festum Pentecostes, ib. anno eod.

Observationes Theologicae, de paedob-  
baptismo, oppositae clarissimo Viro Antonio  
van Dalen, ib. anno eod.

Hamartigenia ex Rom. V, 12. 13. 14. demon-  
strata, ib. anno eod.

Epistola consolatoria, ad Samuelem Stry-  
ckium obitum, coniugis suae lugentem.

Praefatio Davidis Peiferi Epistolis a M.  
Fr. Gotth. Gottero editis praemissa, ibid.  
1708.

## ORDO IVRIDIC.

IO. PHILIPPVS SLEVOGTIVS;

ICTVS, CONSILIARIVS SAXONI-  
CVS, FACVLTATIS IVRIDICAE  
ET SCABINATVS SENIOR, NEC  
NON CVRIAE PROVINCIALIS  
ASSESSOR AC IVRIS CANONI-  
CI PROF. PVBL. ORD.

**S**ecundo mufarum favore, Ienae, Pa-  
tre Paulo, Philofopho & Theologo  
exquifitiffimo, ortus, cum a primis  
annis egregia dediffet excellentis ingenii  
documenta, poft linguae Latinae rudimen-  
ta domi accepta, Geram, lautum Varifciae  
oppidum miffus; SEBASTIANO MIT-  
TERNACHTIO & IO. FEDERICO KOE-  
BERO, V. CLL. porro perpoliendus tra-  
ditur. Vbi cum liberalibus studiis efflet im-  
butus, in patriam redux, Ienae, ac deinde  
Helmftadii veram philofophiam, & omnis  
elegantioris literaturae ac historiae notiti-  
am magna attentione haufit. Amplifi-  
catoribus in vario hoc doctrinarum genere  
vfus eft locupletiffimis; IO. ANDREA  
BOSIO & CHRISTOPHORO SCHRA-  
DERO;

DERO, qui artes optimas prope caligine obrutas, reuocarunt in lucem, & Romanorum Catones Hortensiosque ingenii gloria aequarunt. Hoc laudis itinere patefacto, duumviri celeberrimi, HERMANNVS CONRINGIVS & IO. EICHELIVS, eum ad ingrediendum iuris publici & priuati studium excitarunt, & ipsi ad summa quaeuis contendenti lumen praetulerunt. Inde ab Iulia digressus, maioris diligentiae materiam quaesuit, & Iureconsultis Ienensibus vsu familiaritateque assidua se coniunxit, ac iuri dicundo iudiciisque exercendis se egregie praeparauit. Quare Patres virtutis tam cognitae monumentis permoti, non fuerunt deesse honorem surgenti ad maiora ingenio, & Io. Philippum Anno superioris Saeculi tertio & septuagesimo, summis in utroque iure praemiis dignissimum iudicarunt. Recens creatus doctor, quam nactus erat dignitatem, maximopere locupletauit, & recondita philosophiae ac iuris argumenta, singulari styli puritate & elegantia, non ex vulgatis & corruptis Glossatorum commentariis, sed ex mediis iuridicae & ciuilibus doctrinae visteribus exposuit. Cuius laboris solidum consequutus est fructum; nam publico decreto Sapientissimi Saxoniae Duces eum in Professorum iuridicorum numerum adscripserunt,

perunt, cum eam prudentiam, quae mo-  
res instruit, & rerum publicarum statum  
considerat, magno cum applausu antea do-  
cuisset.

DISPUTATIONES,

vt vulgo appellamus, tum philosophici,  
tum iuridici argumenti, & vel dissertationes  
vel theses, in vtrisque etiam inaugurales,  
quarum omnium vel integrarum vel ex par-  
te solum auctor, quarundam etiam respon-  
dendo defensor, quarundam duntaxat,  
Praefes fuit; ac praeter has programmata,  
epistolae, inscriptiones ordine pro-  
diere fere sequenti:

Dissertatio de centesimis vsuris & foeno-  
re vnciario 1672.

Programma publico nomine editum in  
funere D. Io. Arnoldi Friderici, Professoris  
Medicinae 1672.

Inscriptio in obitum Andreae Perfiken,  
Medicinae Doctoris & Physici Gothani,  
1673.

Inscriptio in funere sororis Barbarae Ca-  
tharinae Hartmanniae.

Inscriptio in obitum Io. Andreae Bosii,  
1674.

Dissertatio de eo, quod circa equos pu-  
blice priuatimque iustum est, alieno nomine  
scripta. 1675.

Dissertatio epistolica de reuersione iniuriarum. 1675.

Melior & auctior prodiit Anno 1678.

Eadem nunc denuo ad incudem reuocata, nouam plane faciem praefert.

Iusti Eulogii gratulatio Cl. Georg. Schubarro, & quidem pro Philologia, scripta. 1675.

Dissertatio de iure, aequitate & interpretatione iuris, alieno nomine. 1676.

Epistola ad Guntherum Christophorum Schelhammerum, e longa peregrinatione reducem, & summos in arte medica honores capeffentem. 1677.

Inscriptio Io. Andr. Bossii dissertationi de prudentia ciuili praemissa. 1677.

De vnione ecclesiarum & beneficiorum dissertationes quatuor. 1678.

Iudicium Sapientum, siue de *ἀνεσις* maledici disputatoris parergon. Prodiit sub nomine Leonis Fridenburgii, anno 1679.

Quod quidem Schedion, in quo auctor aliud, quam cui tum assuetus erat, scribendigenus; sed successu sibi nunquam minus placente, secutus fuerat, iacuisset, visum, notumque paucissimis, & paucioribus intellectum: nisi in Suecia tum agitans scriptor minime ignotus, seque inprimis *ἀνεσις* notatum esse opinatus, quum videret ad occultiores aliquot morsus clamorem



morem nullum fieri, tandem aperto odio, publicati in se famosi libelli, accusare Cl. Slegogtium ausus est, magno scilicet prudentiae documento. Sed quoniam subdole omiserat & titulum libelli, & fictum, sub quo prodierat, nomen, nec possent non ignari rei gestae alia & deteriora omnia suspicari: coactus fuit auctor, reddere incudi ac luci innoxium scriptum, addito vero suo nomine, vt & praefatione ac notis. Quod factum est anno 1588. Ab eo tempore totum pene retractavit, meliusque concinnavit. Accessit etiam instar clavis ad perillustrem virum \*\*\* Epistola: nec non alia, ad exemplum priscae vrbanitatis scripta. Item *Arbiter honorarius*, in quo potissimae tum agitatae controuersiae Scholasticorum more expenduntur.

Monumentum Magnifici viri Io. Alberti, inclyti Ruthenorum comitum cancellarii.

Programma de philosophia Iureconfulti. 1681.

Prolusio de Philosophia Papiniani, 1681.

Dissertatio de obligatione naturali ex conuentione turpi, 1681.

Programma de regulis iuris, praelectionibus in eadem praemissum, 1681.

Programma praelectionibus Institutionum Iustiniani praemissum. Vbi de studiorum incundorum ratione, & de ipsis

Institutionum libris singularia quaedam.  
1681.

Dissertatio de conditionibus institutio-  
num. 1681.

Inscriptio in nuptias Io. Adriani Sleuog-  
tij, fratris. 1682.

Gratulatio D. Augustino Henrico Fa-  
schio, academicum magistratum capeffenti,  
alieno nomine scripta. 1682.

Dissertatio ad L. singularem C. vt nullus  
ex vicinis pro alienis vicinorum debitis te-  
neatur. 1682.

Dissertatio de ortu Maieftatis. 1683.

Dissertatio de testamento parentum inter  
liberos. 1683.

Vorrede über das Bedencken von Manu-  
facturen in Teutschland. 1683.

Disputatio de conuentionibus quae ter-  
tio nocent. 1684.

Inscriptio in obitum Serenissimi Principis  
Friderici Augusti, in obsidione Budensi tor-  
mento bellico prostrati. 1684.

De primis & secundis naturae selectiora,  
cum miscellaneis moralibus. 1685.

Epistola ad D. Casp. Sagittarium, vxoris  
suae obitum lugentem. 1685.

Inscriptio praemissa renunciationi magi-  
strorum. 1685.

Dissertatio de iure omnium in omnia.  
1685.

Dis.

Dissertatio de naturali hominum inter se amore. 1686.

Dissertatio de seruanda fide a Principe. 1686.

Dissertatio de genio studiorum nostri temporis. 1686.

Epistola ad Profocerum, Gabrielem Hartungum, qua luget obitum vxoris suae. 1686.

Inscriptio in funere filiolae Christianae Dorotheae. 1686.

Gratulatio D Georg. Wolffgango Wedelio, magistratum academicum cappelenti, alieno nomine scripta. 1686.

Teutsche Gedichte vnd Reden, 1686.

Fasces academici. 1687. Explicatur L. 19. de offic. praesid.

De pignoribus selectiora quaedam. 1686.

Disputatio de contractibus in quantum sunt philosophicæ considerationis. 1687.

Disputatio de dominio hominis in res sublunares. 1687.

Dissertatio de naturali societatis amore, praecipue ciuilib. 1687.

Aduentoria, illustri viro Nic. Christophoro Lynckero ex legatione Viennensi reduci, alieno nomine scripta. 1688.

Disputatio inauguralis de utili rei pecunia dotali comparatae vindicatione. 1688.

Disputatio de modis summum imperium acquirendi, conseruandi & amittendi. 1689.

Dissertatio de Iusto Lipsio & libris eiusdem Politicis. 1689.

Dissertatio de fato, ad Iusti Lipsii L. I. Polit. c. 4. 1689.

Disputatio inauguralis de augmento & decremento rei nummariae. 1689.

Disputatio inauguralis de victore litis. 1689.

Programma funebre de praerogatiua mascululae sibilis. 1690.

Oratio de libertate Academica, quum Prorektoratus munus auspicaretur. 1690.

Dissertatio de officiis. 1690.

Disputatio inauguralis de actione funeraria. 1690.

Dissertatio de spadonibus. 1690.

Disputatio inauguralis de Aduocatia Imperatoris ecclesiastica. 1690.

Disputatio inauguralis de foro gestae administrationis. 1690.

Theses selectae de salutis publicae cura. 1690.

de prudentia principis. 1690.

de virtute principis. 1690.

de exemplo principis. 1690.

de constantia principis. 1690.

de poenarum moderatione.

omnes simul editae anno 1691.

Programma de rescriptis Principum, & de iniuriis occasione L. V. Cod. de iniur. 1691.

Pro-

Programma de recitationibus. 1691.

Programma Salomonis Friderici Fischeri  
cursoriae lectioni praemissum. 1691.

Programma de laudis & honorum studio,  
occasione lectionis auspicalis. 1691.

Programma de diuersitate ingeniorum.  
1691.

Programma de iudicio. 1691.

Disputatio inauguralis de iustificatione  
feudi. 1691.

Disputatio inauguralis de alternatione,  
von Mutschirung. 1691.

Epistola ad focerum, Io. Gabrielem Har-  
tungum, Slaizensis ecclesiae antistitem, qua  
recolitur memoria venerabilis quondam  
viri, profoceri Gabrielis Hartungi, 1692.

Programma in funere illustri viri Georg.  
Adami Struuii. 1692.

Disputatio inauguralis de executione in  
bona feudalia. 1692.

Programma de litterarum studiis, vtrum  
in rep. valde promoueri debeant. 1693.

Programma de poenis, quatenus in rep.  
necessariae, aut omitti possint, occasione le-  
gis XX. C. de poenis. 1693.

Programma praemissum lectioni curso-  
riae Herm. Christiani Vffelmanni. 1693.

Programma Christiani Rudolphi Hei-  
denreichii, cursoriae lectioni praemissum.  
1693.

Pro-

Programma de studiorum ac vitae scopo  
recte constituendo. 1693.

Programma Io. Christiani Schmidii au-  
spicali lectioni praemissum. 1693.

Programma praemissum lectioni in legem  
singularem C. de Abigeis. 1693.

Inscriptio praemissa renunciationi Docto-  
rum iuris. 1693.

Disputatio inauguralis de alienatione  
Domino prohibita. 1693.

Programma de remissionibus reorum. 1694.

Gratulatio Petro Mullero Cancellarium  
Geranum capeffenti scripta. 1693.

Disputatio inauguralis de allodialis inue-  
siturae reuocatione. 1693.

Programma de peregrinatione in studiis.  
1694.

Programma de officio iudicis suppleto-  
rio. 1694.

Programma de ingeniis Germanorum.  
1694.

Programma praemissum lectioni cursoriae  
Salomon Gottlobii Pfeifferi. 1694.

Gratulatio D. Io. Guil. Baiero, Halam-  
abituro scripta. 1694.

Inscriptio in discessum D. Gunth. Chri-  
stoph. Schelhammeri ex Academia Ienenfi  
in Kiloniensem. 1695.

Disputatio inauguralis de exceptione ex-  
pensarum. 1695.

Dispu-

Disputatio inauguralis de exceptione legitimisationis ad causam. 1695.

Programma de iurisprudentiae statu, qui Bartoli & sequentium aetate fuit, ad hodiernum comparato. 1696.

Disputatio inauguralis de iniusto armorum vsu. 1696.

Oratio, cum magistratum Academiae Ienensis auctor tertio iniret, habita. Accessit Programma occasione nuperorum tumultuum editum. 1698.

Oratio solempni Doctorum iuris renunciationi praemissa, in qua fundamenta doctrinae de cura Principis circa religionem ponuntur. 1699.

Programma de Hippodami lyra, academicae harmoniae symbolo. 1699.

Programma Maurit. Guil. Haberlandi lectioni praemissum. 1699.

Programma positionibus iuris civilis praemissum. 1699.

Positiones iuris

de arbitris honorariis;

de non numerata pecunia;

de iurisiurandi religione testamento adiecta;

de osculo ante nuptias;

de operis noui nunciatione;

de feriis; quae simul lucem viderunt anno 1699. sed diuersis temporibus & a diuersis defensae.

Dispu-

Disputatio inauguralis de seruitutibus  
personalibus anomalis. 1700.

Programma in funere D. Georg. Schubar-  
ti. 1701.

Inscriptio in funere Soceri, Io. Gabriellis  
Hartungi, Antistitis Slaizensis, 1701.

Praefatio praemissa Rhetoricae ecclesia-  
sticae Georgii Gözii. 1701.

Programma de primatu Papae, ad canoni-  
VI Concilii Nicaeni. 1701.

Aliud eiusdem argumenti. 1701.

Tertium eiusdem argumenti. 1703.

Disputatio inauguralis de praecognitis  
iuris. 1701.

Disputatio inauguralis de mercatore, falso  
censum profitente. 1701.

Praefatio praemissa libro de liturgia veteri  
& noua. 1704.

Disputatio de extraordinar. citatione. 1704.

Trostschreiben an Herrn Amtmann Lau-  
terbach zu Schleiz über das frühzeitige  
Absterben seiner ältesten Frau Tochter.

Disputatio de in ius vocatione antiqua &  
noua. 1705.

Disputat. Inaug. de crimine abortus. 1705.

Programma de iuris canonici cultu ac  
laudibus. 1706.

Programma de iuris naturalis doctrina  
ad sacrae scripturae normam exigenda. 1706.

Disputatio inauguralis de dominio reuo-  
cabili. 1706.

Lessus



Lessus in obitum Christianae Sophiae Sleuogtiae, virginis nobilissimae. 1707.

Gratulatio Georgio Nicolao Kriegk scripta, ad Ilfeldensem rectoratum abeunti, agens de scholarum statu. 1707.

Disputatio inauguralis de possessione non transeunte. 1707.

Disputatio inauguralis de argumentis legum caute formandis. 1707.

Disputatio inauguralis de iuramento in litem. 1707.

Programma de fatis magnorum in aula virorum. 1708.

Dissertatio de citationis requisitis & efficacia. 1708.

Disputatio inauguralis de alienatione fisci & Imperatoris priuilegiata. 1708.

Programma occasione nouissimi tumultus editum. 1709.

CHRISTIANVS VVILD-  
VOGELIVS,

ICTVS, CONSILIARIVS SAXO-  
ISNACENSIS INTIMVS, CVRIAE  
PROVINCIALIS ET SCABINA-  
TVS NEC NON FACVLT. IVR.  
ASSESSOR, IVRIS PVBL. ET  
FEVD. ITEMQ. COD. ET NOV.  
PROF. PVBL. ORD.

Hunc

**H**unc felici fidere Halae Saxonum tu-  
 lerunt, A. c15 15c XLIV, patre  
 GEORGIO, Consiliario Saxonico  
 splendidissimo, & Iureconsulto sui temporis  
 percelebri. Primam aetatem sub praece-  
 ptoribus domesticis egit, & mira facilitate  
 studia humanitatis ac literarum didicit.  
 Quibus non mediocriter eruditus, doctores  
 in Gymnasio Halensi publicos, VALENTI-  
 NVM BERGERVM & GOTHOFRE-  
 DVM LIPENIVM magno cum fructu au-  
 dire coepit. Inde A. c15 15c LXIII, habita  
 de *contrariis* Disputatione, quam summi vi-  
 bis proceres approbarunt, discessit; Pri-  
 mum Lipsiam se contulit, tum Francon-  
 tum ad Viadrum, & exemplo parentis, vtri-  
 usque iuris disciplinae totum se tradidit.  
 Testes diligentiae publicos habuit, anteces-  
 sores incomparabiles, QVIRINVM SCHA-  
 CHERVM, B. L. SVVENDENDORFFE-  
 RVM, IO. ERN. NORICVM, IO. FRID.  
 RHETIVM, IACOBVM BRVNNE MAN-  
 NVM & SAMVELEM STRYCKIVM,  
 quibus ducibus coepti curriculum studii  
 confecit. Neque ab exercitationibus pru-  
 dentiae moralis & antiquitatum IACOBI  
 THOMASII abfuit, cuius praecepta do-  
 ctrinae vltro est sequutus; tum in doctori-  
 bus linguarum peritissimos quosque nume-  
 ravit, officiumque seduli auditoris obiit.

Sed

Sed patre inopinate mortuo, Weisenfelsam migravit, & solidis laborum suorum fructibus, quam plurimos in foro ad annum vsque Superioris seculi sexagesimum octatum adiuuit, quo Francofurtum se rursus recipiens, summos in iure honores more sueto capessuit. Post adeptum gradum Halis domicilium fixit, & ea verborum ac sententiarum copia causas dicere perrexit; vt omnium animos facile pertraheret in sui admirationem. Hinc A. superioris saeculi LXXVI, ab AVGVSTO, Primatus & Archiepiscopatus Magdeburgensis administratore, negotiis Saxoniae inferioris ambitum attingentibus praefectus; non ita multo post, in splendidissimum consiliariorum aulae ac iudicii *ecclesiastici* Collegium Saxo-Vinariense adsciscitur. Ingens hoc muneris decus, qua par erat, diligentia sustinuit, variisque vicinorum Principum congressibus, insigni dexteritate & promptitudine interfuit. Exactis hoc laborum onere aliquot annis, a Serenissima ANNA DOROTHEA, Saxonum aliarumq; gentium incluta Duce, & imperialis liberi ac saecularis praesulatus *Quedlinburgensis* *Abbatissae* principali dignitate aucta, *Cancellarius* & sacri praeses confessus eligitur; quam difficilissimam prouinciam biennio magna cum moderatione gessit. Vitae aulicae mole-

ftias vt grata vice temperaret, rus fecesfit,  
 vbi omne taedium nouo mufarum com-  
 mercio deliniuit. Nec tamen ab agendi fo-  
 lertia penitus difcesfit, fed ad aulas Serenis-  
 fimas, Moguntinam, Palatinam & Heffo-  
 Caffellanam Vinarienfi legatione cum am-  
 pliffima potestate denuo miffus eft, ac effi-  
 caciffimis rationibus omnia apud hos po-  
 tentiffimos Principes ex voto peregit. De-  
 functo Academiae Ienenfis Iureconfulto  
 FALCKNERO, vno omnium confenfu  
 A. MDCCXC fuffeffor ei datus eft, cunctis  
 quidem clementiffimis Nutritoribus gratus,  
 Sereniffimo autem IOANNI VILELMO,  
 Duci Saxoniae Ifnacenfi gratiffimus, a quo  
 A. MDCCXCVII *Vice-Cancellarii* dignitate  
 donatus eft, mox, & meritis eius poſcenti-  
 bus, ad ſummum Confiliarii intimi faſtigi-  
 um euectus Anno Salutis MDCCXCIX.

Ingenium viri teſtantur haec iuri-  
 dica monumenta.

De venerabili ſigno crucis, vom Zeichen  
 des H. Creutzes, ſchediaſma iuridicum pro  
 loco in facultate iuridica obtinendo. Ienae  
 1690.

Differtatio iuridica de eo quod iuſtum eſt  
 circa nouum annum, vom Rechte des neuen  
 Jahres. Ienae 1691.

Exer.

Exercitatio iuridica de eo, quod iustum est, circa tempus quadragesimale; vom Rechte der Fasten-Zeit, ibid. anno eod.

Exercitatio iuridica, de eo, quod iustum est circa Festum Paschatis, vom Rechte des Oster-Festes, ibid. anno eod.

Exercitatio iuridica, de eo, quod iustum est circa Festum Pentecostes, vom Rechte des H. Pfingst-Festes, ibid. anno eod.

Exercitatio iuridica de eo quod iustum est circa dies caniculares, vom Rechte der Hundstage, ibid. anno eod.

Dissertatio de foenere & foeneratoribus, vom Wucher und Wucherern, ib. 1691.

Disputatio inauguralis, de iure retentionis uxori vel viduae competente, ib. 1691.

Dissertatio de iure florum, vom Blumen-Rechte, ibid. anno eod.

Disputatio de Tutela dativa, ibid. 1691.

Dissertatio inauguralis, de eo quod iustum est circa arbores, ib. 1691.

Exercitatio de eo, quod iustum est circa festum natiuitatis Christi. ibid. 1692.

Hypomnemata iuridica de eo quod iustum est circa angelos, vom Engel-Rechte: ibid. 1692.

Exercitatio iuridica de Decanis, von Decanthen. ibid. 1692.

Dissertatio inauguralis de eo quod pendet, seu quod est in suspensio, ibid. 1692.

Dissertatio inauguralis, de favore Rei in criminalibus, ib. 1692.

Dissertatio inauguralis, de prohibita magistratuum cum subditis conventionem, ibid. 1692.

Dissertatio inauguralis de Decremento, von Abnahme vnd Verringerung, ibid. 1693.

Dissertatio Iuris publici, de protectionis censu, vom Schutz-Gelde, ibid. 1693.

Specimen Academicum, exhibens Testium inhabilium saluationem, ib. 1694.

Dissertatio inauguralis, de tutore minore qui veniam aetatis impetravit, ibid. 1694.

Disputatio inauguralis, de Iure collectarum, von Schofs- vnd Steuer-Recht, ibid. anno eod.

Dissertatio inauguralis iuridica, de eo quod iustum est circa Bona omina, ibid. anno eod.

Disputatio inauguralis, Bonum publicum an & quomodo Princeps Bonus bonis priuatorum praefereat, ibid. anno eod.

Dissertatio iuridica, de Imputatione cul-pae propriae, 1695.

Theses controuersae tam ex ipsis elementis Iustinianeis deductae, quam occasione materiarum in iis occurrentium superadditae, ibid. 1695.

Dissertatio inauguralis, de Salgamo, von Seruiens der Soldaten. ib. anno eod.

Differ-

Dissertatio inauguralis, de relatione iuramenti. ib. 1696.

Exercitatio iuridica de Iure vexillorum, vom Fahnen-Rechte, ib. 1697.

Specimen Academicum, de iure portarum, vom Rechte der Thüren vnd Thore, ib. 1697.

Disputatio inauguralis iuridica, de eo quod iustum est circa tempestates, von Sturm, Donner vnd Vngevvittern, ib. 1697.

Dissertatio iuridica inauguralis, de Parasynaxibus, seu conuenticulis extra ecclesiam illicitis. ib. 1698.

Dissertatio iuridica, de iure pretiosorum, ib. anno eod.

Disputatio iuridica inauguralis, de Casibus non dabilibus, ib. anno eod.

Dissertatio de Quotidiano, ib. 1699.

Dissertatio de Translatione fideicommissi. ib. eod. anno.

Dissertatio de Consortibus Litis. 1699.

Dissertatio inauguralis de Auctore inuito, ibid. anno eod.

Dissertatio Academica, de Petitionibus Bonorum fisco delatorum, ibid. anno eod.

Theses inaugurales, de Processu concursus creditorum in foro Saxonico rite formando, ibid. anno eod.

Dissertatio de eo quod iustum est circa aedes exustas, vom Rechte der Brandstede. ib. anno eod.

Dissertatio inauguralis, de Documentorum recognitione, ib. anno eod.

Disputatio inauguralis, de iure manus dextrae, vom Rechte der rechten Hand, ib. 1700.

Dissertatio de Testibus non rogatis, ibid. anno eod.

Dissertatio inauguralis de iure posthumorum, ib. anno eod.

De ultima testatoris voluntate non seruanda, ibid. anno eod.

De Iudaeorum receptione ac tolerantia, vom Iuden Schutz. ib. anno eod.

De Termino Saxonico, von Sächsischer Frist, anno eod.

De iure retorsionis inter Status Imperii, anno eod.

Dissertatio de eo, quod iustum est circa conciones funebres, von Leichen-Predigten, ib. 1701.

Dissertatio feudalis, de inuestiturae renouatione, & eius non petita poena, ibid. anno eod.

De Iure Seculi, von hundertjähriger Zeit, ibid. anno eod.

Dissertatio politico-Iuridica, de Esculentis & potulentis, von Essen- und Trinckender Waare, ib. 1701.

De inutilibus Sponsaliorum diuisionibus. ib. 1702.

De



De Testamento Holographo Reciproco,  
ib. anno eod.

De officio Actuarii , ib. anno eod.

De fortuna Iurgiorum , siue processuum,  
ib. 1701.

De eo, quod iustum est, circa deprecationem publicam ecclesiasticam, vulgo von der Kirchen-Busse, ib. anno eod.

De iure geminorum , vom Rechte der Zvillinge , ib. 1703.

Dissertatio inauguralis, de Iure Embryonum, von vngebohrnen Kinder-Rechte , ib. 1703.

De Balneis ac Balneatoribus , von Bad-Stuben und Badern, ibid. 1703.

De iure thalami , vom Rechte des Ehe-Bettes, anno eod.

De causa propria, ibid. 1704.

De aequitate febilis beneficii cessionis bonorum, eod. anno.

De iudiciis Silesiae inappellabilibus, eod. anno.

De oblationibus , quae fiunt in ecclesia per saccum sonantem , vom Klinge-Beutel, anno eod.

De transactione ob enormem laesionem non rescindenda, anno eod.

De fide hosti ac priuato data seruanda, ibid. 1705.

De tribus sententiis conformibus, anno eod.

De iure principis eminenti circa postas,  
anno eod.

De increpatione paterna, von väterlichen  
Schelten, 1706.

De appellationibus in causis non appel-  
labilibus, 1707.

De unione Electorali, von der Churfür-  
sten Verein. 1707.

De iure embateutico, siue facultate bona  
debitoris propria auctoritate occupandi,  
anno eod.

Conuentus monetales S. R. I. trium Su-  
periorum Corresp. circularum, Franconiae,  
Bavariae, Sueviae. anno eod.

De Scamno Comitiorum transuerso, von  
der Querbanck, anno eod.

Emtor inuitus, Käufer vvider seinen Wil-  
len, anno eod.

De fallacia Spei, von betrüglicher Hoff-  
nung, ibid. 1708.

Conductor mercatorius, der Kaufleute  
Glajt, anno eod.

De Superioritate territoriali ciuitatum  
Imperialium, 1709.

De Termino circumducto, anno eod.

### ELECTA IVRIS

ram ciuilib, quam Canonici &  
Saxonici.

De Fortunae iudicio, ad l. 13. de stat. hom.

De aenigmatibus legum, ad l. 1. C. de legib.

De

- De apicibus iuris, ad l. 29. §. 4. mand.  
 De Scrinio Principis, ad l. 19. C. de testam.  
 De sacris priuatis, ad l. 9. §. 1. ad L. lul.  
 pecul.  
 De Phratia, ad can. 21. caus. 11. qu. 1.  
 De septima propinquorum manu, ad cap.  
 5. & fin. d. frig. & malef.  
 De felici embola, ad l. 10. C. de SS. Eccles.  
 De memoria pristinae dignitatis, ad l. fin.  
 d. Decur.  
 De clypeo militari. siue Heerschilde, ad l. 1.  
 Landr. art. 3.  
 De voluptatis artifice, ad l. 7. §. 5. d. oper.  
 libert.  
 De furtis iudicum, ad Nou. 8. pr. & cap. 10.  
 De stallis in choro, ad cap. 19. 20. 25. de  
 praeb.  
 De puncti solatiis, ad l. 4. C. de aduoc. di.  
 uers. iud.  
 De regradatione, ad l. 2. C. Th. d. curs.  
 publ. & l. 3. C. iust. de domest. & protect.  
 De philanthropia, ad l. 2. d. proxenet.  
 De Stellatura, ad l. 12. C. de erog. milit.  
 arm.  
 De vacantibus ad l. 2. C. ut dignit. ord. serv.  
 De criminibus pernoctatis, ad Weichb.  
 art. 114. & Landr. lib. 1. art. 70.  
 De imaginibus maiorum, ad l. 22. C. d.  
 adm. tut.

De raritate philosophantium, ad l. 6. 3. d.  
excus. tut.

De Sacerdotio iuris, ad l. 1. §. 1. d. I. & I.

De legibus neminem in paupertate viuere  
permittentibus, ad Nou. 1. in fin.

De Decretis ambitiosis, ad l. 4. d. decret.  
ab ord. fac.

De charactere indelebili, ad cap. 16. d.  
temp. ordin.

De dominio rerum paternarum, ad §. 11.  
I. de hered. qual. & diff.

De Cantibus angelicis, ad can. 55. d.  
consecr. dist. 1.

De acclamationibus, ad l. 3. C. d. off. rect.  
prou.

De Secreto iudicis, ad l. 14. C. d. testib.

De iudicio perlusorio, ad l. 14. prid. ap-  
pellat.

De Sycophantis, ad l. 16. C. de quib. caus.  
infam.

De signo manus regiae, von des Königs  
Handzeichen, ad Landr. lib. 1. art. 26.

De Commilitio, ad l. 19. d. castr. pecul.

De tessera frumentaria, ad l. 52. §. 1. d. iudic.

De latere Principis, ad l. 30. pr. de excus.  
tut.

De aequa lance, ad l. 20. d. re iud.

De Secreto patrimonii, ad l. 2. C. d. alim.  
pupill. praest.

De

- De aeternitate Principum, ad Nou. 9.
- De Seueritate seculi pristini, ad l. 3. §. fin. Supell. leg.
- De reuerentia studiorum, ad l. 5. C. d. ad uoc. diu. iudicior.
- De Secta temporum, ad §. fin. l. de legat.
- De stultitia emtoris, ad l. 3. pr. ad L. falcid.
- De mansionibus, ad l. 2. C. d. cond. horr. publ.

VVILHELMVS HIERONYMVS  
BRVCKNERVS,

IVRECONSVLTVS, CONSILIA-  
RIVS SAXONICVS, CVRIAE PRO-  
VINCIALIS ET SCABINATVS  
NEC NON FACVLTATIS IVRI-  
DICAE ASSESSOR, ET PANDE-  
CTARVM PROF. PVBL.

**N**on inglorius auitae laudis posses-  
sor Vilelmus, patre HIERONYMO,  
ICTO, & Serenissimae aulae Saxo-  
Gothanae consiliario, & Matre CHRIS-  
TIANA BRANDIA, Erfurti Thuringo-  
rum A. MD LVI nascitur. Praestanti  
adolescens ingenio, bonis artibus excolen-  
dis aptus, philosophiae & Theologiae o-  
peram dedit Gothae, Erfurti & Ienae, sub  
doctoribus industria & ingenii acumine,  
claris,

claris, variaque doctrina instructis. Nequaquam mentitus bonae frugis prouentum, tanta contentione in patrum conspectu, atque adeo in publico laudis campo, se exercuit, ut plerique non vulgarem eius industriam mirarentur. Mutauit tamen postea consilium, & ad iuris studium se applicuit, conscientia, non leuitate animi ductus, & in fratris reliquorumque Hieranae Professorum scholis multum diligenterque versatus est. Exinde A. MD C LXXXV laurea ornatus, suggestu dignus, extra ordinem publica auctoritate iuris disciplinam enarrare coepit, atque variis disputationum generibus Grotianam philosophiam illustrauit. Cumque iam per aliquot annos Erfurti docuisset, increbescente eius fama, A. MD C XC a Munificentissimis Saxoniae Principibus in Academiam Salanam inuitatus, oblatam Professoris ordinarii & Confiliarii dignitatem grata mente accipere non recusauit. Permulta sunt, quae literis haec tenus tradidit, reposita in scriniis, quorum alia obseruationes in selecta Theologiae capita continent, alia curiosas & utiles iuris materias exponunt, & praeceptionibus regulisque comprehendunt. Fidem dictis faciet dies.

Scripta eius edita haec sunt.

Philosophica disputatio de causa Morali,  
Ienae 1678. Inau-

Inauguralis eius Disputatio de iure Sortitum, Erfurti 1685. absque praefide habita.

Disputatio pro Loco, in Facultate Iuridica Ienensi obtinendo, habita, de promissione per vim extorta.

Sequentes Disputationes Inaugurales sub ipsius Praefidio Ienae ventilatae:

De Inualido Mulierum Testimonio, 1693.

De Artifice Delinquente, 1693.

De Eo, quod fit Dicis Gratia, 1694.

De Architecto iuris perito, 1695.

De Rationibus Administratorum. 1695.

De Iurisdictione Communi, 1697.

De Clandestinis Sponsalibus iuratis, 1697.

De Reconuentione, 1699.

De Exploratoribus, 1700.

De Autoritate Iuris Canonici, 1702.

De Rei publicae Redemptione, 1703.

De Actione Iniuriarum, ob Arrestum contra debitorem soluendo existentem dolose impetratum, competente, 1705.

De Romani Imperatoris Maiestate, praecipue Reali & Personali, 1706.

De Differentiis Possessorii Ordinarii & Summarissimi, 1707.

De Differentiis Processus Criminalis Accusatorii & Inquisitorii, 1707.

De Sepultura Gratis concedenda, 1708.

Dispu-

Disputationes aliae, ipso Praefide  
habitaе.

Tres ad Hugonis Grotii Opus de Iure  
Belli & Pacis, in quibus notatu digniora  
cum singularibus observationibus fuerunt  
exhibita, Erfurti 1686 & 1687.

De Eo, quod iustum est in Foro Externo  
(iustitia externa) & interno, (iustitia inter-  
na) qua declaratur, non omne, quod in Fo-  
ro externo est licitum & iustum, salva fieri  
conscientia, 1691.

De culpa, quae concretive talis dicitur,  
& in omni contractu venit praestanda, 1693.

De Renuntiatione inualida, 1696.

De Praefidibus Prouinciarum apud Ro-  
manos, 1698.

De Restitutione in integrum ex Clausula  
Praeforis generali. Si qua alia mihi iusta  
causa esse videbitur, 1708.

Ab anno 1695. varii generis Programmata  
inauguralia de certis Iuris materis edidit,  
quorum saltem aliquot referemus :

De Discriminibus, quibus moderni Ro-  
mani à veteribus in causis matrimonialibus  
distinguuntur, 1702.

De Libertate Testandi, (testamenta faci-  
endi,) 1702.

De



De Abusibus Appellationum tollendis, & hacratione litibus citius terminandis, 1702.

De Modis & Titulis acquirendi dominium, & speciatim de traditione & emtione, venditione, 1704.

De Tacito Pignore locatoris in rebus conductoris illatis, 1704.

De Quaestione: an Iustinianus Imp. fuerit vxorius? 1705.

De Usu & aestimatione S. Scripturae apud Pontificios, & speciatim in Iure Canonico, 1705.

De Differentia Consensus Sponsaliti & Matrimonialis, indeque resultantibus Effectibus praecipuis, 1705.

De Favorabilibus & Odiosis Iuris, 1707.

De Concilio Erffurtensi, cuius in Iure Canonico c. 2. caus. 15. qu. 4. fit mentio, 1707.

De Confiscatione bonorum in delictis, 1707.

De Obligationibus Pactorum Nudorum iuxta ius Civile, 1707.

HADRIANVS BEIERVS,  
ICTVS, CONSILIARIVS SAXONICVS,  
CVRIAE PROVINCIALIS ET SCABI-  
NATVS ASSESSOR ITIDEM PANDE-  
CTARVM PROF. PVBL. ORDI-  
NARIVS.

Ienae,

**I**Enae natus est; in Thuringia, anno recuperatae salutis cō 15c XXXIV. Pater ei fuit cognominis, per saeculi dimidium curator animarum religiosus. Mater Anna Kirchneria, Thimothei Kirchneri, Theologi celebris, ex filio neptis. Fundamenta studiorum & artium iecit in scholis florentissimis, Mulhusina & Altenburgensi. Literarum tinctura imbutus, admodum adolescens, ad vberiore ingenii cultum acquirendum, in Academiam patriam se contulit, & operam philosophiae & Theologiae nauauit. Mox ad studium iuris conuersus, ingenii specimen semel atque iterum exhibuit. Postea in aliis illustribus Germaniae Academiis, nempe Lipsiensi, Vitembergensi, Rostochiensi ac Lugdunensi Bataua, iuridicae disciplinae cursum feliciter absoluit. Confecto legitimaе scientiae spatio, in patriam reuersus est, & summos in iure honores, anno superioris saeculi quinquagesimo octauo solemniter impetrauit. Ab eo tempore tyrocinium quoddam iuuentuti aperuit, & forenses causas & pupillorum lites lingua calamoque defendere ac tractare coepit, ea facundiae laude, vt, Aduocati Curiae Provincialis titulo cumulatus, Syndici quoque partes susceperit: dum Anno cō 15c LXXIX ab amplissimo vrbis senatu electus fuit, qui  
cum

cum ceteris reipublicae oppidanae curam haberet. Tandem A. MDCCCXC Serenissimis Saxoniae Ducibus de meliori commendatus, Professor Iuris publicus & curiae provincialis assessor constituitur.

Edita ab eo:

- De cadaueribus punitorum, Ienae 1669.
- Theses controuersae e libro primo Iustitiani. 1660.
- De Spe dissertationes duae, 1661.
- De Remissionibus, 1663.
- De paupertate, 1664.
- De amicitia & inimicitia, 1665.
- De crimine falsi, anno eod.
- De regressu variationis, anno eod.
- De regressu indemnitate, anno eod.
- De resuscitatione mortuorum, anno eod.
- ἡ ἀπολογία τῶν ἀδουκατῶν Aduocati rogati tum veritatum personati, anno eod.
- De quaestionibus, 1666.
- De culpa imputatiua, anno eod.
- De termino moto, anno eod.
- De Silentio & taciturnitate, 1667.
- De consensu tacito, anno eod.
- De dissensu tacito, anno eod.
- De feriatiōe & profanatione Sabbathi, anno eod.
- De confessione & inficiatione tacita, anno eod.
- De manu regia & militari, 1668.

- De manibus, anno eod.
- De restauratione domus ruinosae communis, 1670.
- Erubescit ICTus sine lege loqui : seu de prudentia supra legem, anno eod.
- Resolutio L. 4. C. de aedif. priu. anno eod.
- Dominium artis praemium, 1672.
- Quod circa dormientes iustum est, anno eod.
- De praeuaricatione, 1674.
- De peste, anno eod.
- De expensis executionum criminalium, vulgo von Häncker-Gelde, anno eod.
- De insinuatione, anno eod.
- De sigillo confessionis, 1675.
- De transitu & receptu, anno eod.
- De credulitate, anno eod.
- De receptu tam personarum quam rerum, anno eod.
- De Litis contestatione, 1676.
- De dissimulatione, anno eod.
- De umbra, 1681.
- De Reciproco conuentionali, 1688.
- De primo cautionis gradu, anno eod.
- De mercede conductitorum opificum, 1691.
- De occupatione & venatione ferarum illicita, anno eod.
- De inuestitura prima, von ältesten Lehn-Briefen, anno eod.
- De orthographia & prosodia schediasma, 1991. Na-

Natura iura & analoga cœcitat̃is, 1693.

Quod prædicare crucem sit indelegabile;  
von Creutz-Predigten, anno eod.

De Reciproco Legali, von der Wedde,  
anno eod.

De eo quod iustum est circa bonum emer-  
gens, 1694.

De nomine proprio & appellatio, anno  
eod.

De iure castrensi, von Burgrechten, anno  
eod.

De nemine, 1695.

De iuribus ac priuilegiis filiorumf. potio-  
ribus anno eod.

De exceptione præposterationis, an. eod.

De iurisdictione feudali, von Ritter-  
Lehn-Gericht, anno eod.

De processu extraiudiciali, 1696.

De indictis iuris induciis, vom Rechts-  
Stillstand, 1697.

De optione ad heredes transitoria, an. eod.

De cessione Bonorum, anno eod.

De coniuncta manu, von gesamter Hand,  
anno eod.

De circulo creditorum, anno eod.

De Retorsionibus, anno eod.

De continentia causae, 1698.

De probantis voluntate tacita & dubia,  
anno eod.

Sufficit, anno eod.

Non sufficit, anno eod.

De extremis, 1699.

De mediis, 1700.

De quadrante & quaternione, anno eod.

De quittance minorum iurata, anno eod.

De fabricatione, natura & vsu destina-  
rum, anno eod.

De Amuletis, 1701.

De eo quod iustum est circa vulnera libe-  
rorum hominum, anno eod.

De Scandalo, 1702.

De Arcanis partium sub custodia iudicis,  
anno eod.

Lites textorum mechanicae, anno eod.

De diuortiis, 1703.

De Synchronismo, anno eod.

De priuilegiis miserabilium personarum  
ratione fori, anno eod.

De donationibus principum Imperii, 1704.

De manufacturis, anno eod.

De probatione ob identitatem vitiosa, 1705.

De processu causarum mechanicarum,  
anno eod.

De Censibus promobilibus, von Rutsch-  
Zinsen, 1706.

De correptione per admirationem,  
1708.

#### Tractatus:

Notae ad Schnobellii ff. & Ius feud.

An & quatenus transitus pro exercitu  
per

per territorium alterius postulari & denegari possit.

De carnificibus & excoriatoribus.

De expensis executionum criminalium, collecta focaria & virgindemia.

De origine Iuris opificiarum, Ienae apud Tob. Oehrling.

Tyro praecursorum Iuris opificiarum emiffarius, der Lehr-Jung, Ienae ap. Io. Iacob Ehrh.

Boethus, der Handvvercks-Gesell, Ienae apud Sal. Schmid.

Magister, der Meister bey den Handvvercken, Ienae apud Io. Iacob Ehrh.

De Artificibus Palatinis, von Hofe-Handvvercken, Vratislaviae ap. Io. Georg Steck.

De collegiis opificum eorumque processu, von der Zünffte Wesen und sonderbahrem Gerichts-Brauch, Ienae ap. Io. Iacob Ehrh.

De officinis & tabernis opificum, von Werckstädten und Krahm-Laden, Ienae apud Io. Gollner.

De instrumentis opificum, von Werckzeuge, Ienae apud Tob. Oehrling.

De Iure prohibendi, von der Zünffte-Zwang, Ienae apud Salom. Schmied.

De Conuiciis opificum, vom Schelten der Handvvercke, Ienae apud Io. Iac. Ehrh.

De domesticis opificum & praecipuis filiorum, von Meisters-Söhnen, Ienae apud Io. Gollner.

Opera auctoris.

Liber Commentarius de prudentia iuris  
militaris in formam artis redacta.

De prudentia hermeneutica.

De prudentia iuris mechanici.

IOANNES BERNHARDVS

FRISIVS,

ICTVS, HAEREDITARIVS IN POE-

SEN, CONSILIARIVS SAXO-IS-

NACENSIS AVLICVS, FACVLT.

ET SCABINATVS ASSESSOR, ET

INSTITVTIONVM PROF. PVBL.

ORDINARIVS.



Quoniam celeberrimus ille iuris sa-  
cerdos, ob multa quibus districtus  
tenetur, negotia, vitae suae laudabi-  
liter actae curriculum in praesens mecum  
communicare non potuit, elaborationem in  
aliud tempus differre cogor.

IOANNES CHRISTIANVS

SCHROETER,

ICTVS, HAEREDITARIVS IN VVI-

CKERSTET, PROFESSOR IVRIS

EXTRAORDINARIVS, SCABINA-

TVS ASSESSOR ET CVRIAE PRO-

VINCIALIS ADVOCATVS

ORDINARIVS.

Ienen.



**I**Enensis, natus A. salutis cix rxc LIX,  
 Quint. Kal. Febr. patre ERNESTO  
 FRIDERICO, Antecessore ob cu-  
 mulatissima merita memorando, matre,  
 MARIA FOMANNIA, coniugibus integri-  
 tate conspicuis, & ex nobilissimis vrbis hu-  
 ius familiiis. Puer in disciplinam statim tra-  
 ditus, ac salutaribus institutis confirmatus,  
 diligentiam, pudorem, modestiam domesti-  
 cis approbavit praeceptoribus, qui eum  
 erudierunt pariter, atque ad maiores co-  
 natus excitarunt. Postea de grauissimorum  
 quorundam virorum consilio Gotham mis-  
 sus, illic sub ANDREA REYHERO, altio-  
 ris doctrinae fundamenta iecit. Ad suos  
 regressus, per integrum biennium philo-  
 sophiae & historiarum cognitioni inex-  
 hausto labore vacavit, atque aditum sibi  
 ad veram iurisprudentiam muniuit. Hoc  
 tirocinium cum feliciter deposuisset, & e  
 viuis doctoribus solos fere Ienenses hacte-  
 nus adhibuisset, iam & alias adire Academias,  
 earumque audire professores discendi cupi-  
 ditate flagrans animus gestiebat. Et pri-  
 mum quidem Lipsiam, illustre illud diuinae  
 & humanae sapientiae emporium, visere  
 placuit, in qua MENCKENIVM, SVEN-  
 DENDORFFERVM, CARPZOVIVM, MY-  
 LIVM, viros fama, meritis, doctrina, ne-  
 mini in sua arte, & publico docendi mune-

re fecundos, audiuit. Inde Francofurtum ad Suennum venit, & excellentissimis iuris Sacerdotibus, RHETIO, STRYCKIO, VRSINO, in deliciis fuit, qui opem auxiliūque petenti nunquam denegarunt. Patriae redditus, nominis sui atque propositi memor, iuris scholas denuo frequentavit, & illustrissimos triumuiros, Baronem LYNCKERVM, STRUVIVM & SCHILTERVM, laudis suffragatores habuit. Tandem honore & titulo Doctoris iuridici aecuriae prouincialis Aduocati ordinarii co-honestatus, Deo disponente, & prudentibus viris connitentibus, Professor iuris extraordinarius eo 1700 omnium suffragio in-  
 inclyta haec Academia constitutus est.

Scripta.

Differtatio iuridica, de Litis contestatione, 1685.

Differtatio iuridica de reliquis tutorum, 1685.

Disputatio de iusta mulierum ignorantia, 1685.

Disputatio de sobria iuris Critica, 1685.

Quomodo nuda scientia crimini quem inuoluat, 1687.

Differtatio de iuramento litis decisorio iudiciali. 1688.

Differtatio de editione actorum ad L. 2. C. de edendo, 1689.

De

- De litis renunciatione. 1693.  
 Disputatio iuridica, de cautionibus indefinitis. 1698.  
 Disputatio de eo quod circa geminationem iustum est. 1703.  
 Dissertatio de adoptionibus iure civili & moribus Germaniae usitatis. 1703.  
 Dissertatio de Vasallo non statu imperii, 1704.  
 De probatione Dominii. 1705.  
 De curatore feudi, vulgo, vom Lehenträger. 1707.  
 De sententia confirmatoria. 1708.  
 De litis contestatione affirmatiua. 1709.  
 De principum rescriptis eorumque usu moderno. 1709.

## ORDO MEDICOR.

RVDOLPHVS VILELMVS  
 CRAVSIVS,  
 HAEREDIDARIVS IN MELLINGEN,  
 PHILOSOPHIAE ET MEDICINAE  
 DOCTOR, PRAX. ET CHEMIAE  
 PROF. PVBL. ORD.

**P**atriam, virorum illustrium altricem,  
 apud Mysios habuit, natusque est  
 A. MDCC XLII in vrbe propter Salam

clarissima, quae Numburgum appellatur, parenibus gloria natalium, & continuata maiorum serie excellentissimo RVDOLPHO GVLIELMO CRAVSIO, Clientelaris praedii Mellingenfis haerede, Serenissimorum Saxoniae Ducum Consiliario intimo, *Cancellario*, & summi Senatus *Ecclesiastici* praefide, ac matre pariter honore stirpis insigni, praestantissima matrona, MARIA CRAVSIA, propaginis VVolfiae. A primis adolescentiae annis nihil vulgare prae se tulit, & pietate literisque imbutus, expectationem magis auxit, aditumque sibi, moderantibus magistris doctrina & vsu egregiis, ad artes liberales atque ingenuas patefecit. Confectis domi feliciter spatiis, Ienam, florentissimum musarum domicilium, concessit, & linguas ac studia sapientiae magna cum laude tractauit, omniumque commilitonum animos in se conuertit. Sed quia ab his initiis ad maiora contendebat, prudenter & circumspecte in studii medicis partibus se gessit, & amplificatoribus MOEBIO, ROLFINCIO, SCHENCKIO, FRIDERICO cogitationes, consilia & curas omnes ad plenariam huius artis peruestigationem contulit, nec vlla culpa otioe suo ornamenta rectissimae indolis vnquam imminui passus est. Id cum prosperum ipsi euenisset, dignum liberaleque ei visum est, ad

ad exteros proficisci, & gentium mores institutaque propius intueri. Hoc animo iter ingressus, Saxoniam inferiorem, Vestphaliam, foederatum Belgium, Angliam, felicem illam & doctrinis affluentem insulam, peragrauit. In qua peregrinatione, vrbes Europae nobilissimas, Hamburgum, Traiectum ad Rhenum, Lugdunum, Amstelodamum, Londinum adiit, & viros cum in iis, tum aliis locis doctrinae copia maximos, sigillatim HENRICVM REGIVM, IOANNEM HORNIVM, SYLVIVM, BOYLEVM, GLISSONIVM, LOUVERVM & GERARDVM BLASIVM diligenter sectatus est, eorumque in se collata merita saepe, multumque collaudauit. Reflexo itinere, per tractum Rhenanum, Sueuiam & Comitatum Tirolensem in Italiam contendit, & Patauii celeberrimos in arte salutari viros, MARCHETTOS, MOLINETTVM, & OCTAVIVM FERRARIVM Philol. magno cum applausu docentes audiuit, doctorisque insignia vltro & liberaliter accepit. Hic omnibus ob singularem medicinae & Etruscae linguae peritiam adeo placuit, vt Serenissima Respublica Veneta sapientissimorum consilio medicorum ipsum militi praefidiario, quem alebat in Creta, insula inter Aegaeum & Lybicum mare sita, cum Medici titulo praeficere voluerit. Sed a patre

tre impeditus & tranquillae vitae studio delectatus reuivuit, & Mediolanum, ducatus Insubrici metropolin, se recepit, vbi in illustrissimorum Comitum LANDI & HEROLDI museis, rebus Chemicis refertissimis, variam eamque arcanam præparandi rationem accuratissime perspexit. Post, cum iam diutius ibidem permanisset, Bononiam intrauit, & non sine animi voluptate & cum quodam venerationis sensu MARCELLVM MALPIGHIVM, alterum Italiae Chironem, allocutus est, variaque prisca æui monumenta requisivit & oculis vsurpauit. Bononia Romam digressus, CLEMENTI IX Pontifici Maximo affuit, & incomparabilem Sueonum Reginam CHRISTINAM demisse reuerenterque salutauit, benigneque acceptus & auditus est, & cum maxima regalis gratiae testificatione dimissus. Pari modo urbem antiquam in ruinis & ruderibus vidit, ac Capitolium, columnas, obeliscos, templa, Curias, arcus triumphales, Thermas, circos, theatra, amphitheatra, statuas, porticus, balneas, palatia, montes, hortos, tacita & occulta animi religione contemplatus est. Rebus ex voto confectis, Neapolim concessit, & illustrem chemicum, Baronem Digliolam ad omnes officiorum vsus sibi conciliauit, igniuomumque montem *Vesuuium*, olim Plinio maiori fatalem, & nostra memoria non semel

mel circuniacenti agro terribilem comitis  
 iustravit. Inde in Liguriam abiit, & Ge-  
 nuae in societatem Comitis SPINOLAE  
 peruenit, cum quo in Hispaniam profectus,  
 plures eius prouincias & magnam veteris  
 Castiliae partem breui temporis spatio per-  
 meauit. Hinc naue in Galliam vectus, Masfi-  
 liae, Lugduni, Montispelii, Parisiis paulisper  
 substitit, & clarissimis Galliae luminibus, RIVE-  
 RIO, VILLETTO, GVIDONE PATINO, THE-  
 VENOTIO, PETITO, VIARDELIO familiari-  
 ter vsus est. Inde per Caletes in Angliam &  
 Belgium denuo se contulit, & appellatis  
 Oxonii Cantabrigiae ac Leidae comiter pa-  
 tribus, in Germaniam remigrauit. Anno  
 postea c15 15 c LXXI Academiae Salanae  
 suffragiis commendatus, a Serenissimis  
 Ducibus, rerum Saxonicarum arbitris in  
 FRIDERICI Professoris medicinae demor-  
 tui locum clementissime surrogatus est.

Scripta:

- Disputatio Medica de Scorbuto, 1671.
- Disputatio inauguralis de Cordis palpi-  
 tatione. 1672.
- Disputatio inauguralis de ferro. 1672.
- Disputatio inauguralis de Marte. 1672.
- Disputatio Medica de Podagra. 1673.
- Disputatio inauguralis de Frigidis. 1674.
- Disputatio de Sterilitate, 1674.

Dispu-

- Disputatio inauguralis de fonticulis. 1675.  
 Disputatio inauguralis de febris catarrhalibus. 1676.  
 Disputatio inauguralis de foetus extractione ex utero. 1677.  
 Disputatio inauguralis de spasmo Cynico. 1677.  
 Disputatio inauguralis de Cachexia. 1677.  
 Disputatio inauguralis de febre intermittente. 1678.  
 Disputatio inauguralis de tussi. 1678.  
 Disputatio inauguralis de Sphacelo. 1678.  
 Disputatio inauguralis de ranula sub lingua. 1680.  
 Disputatio inauguralis de cachexia scorbutica. 1680.  
 Disputatio de hypercatharsi. 1681.  
 Dissertatio inauguralis de pleuride. 1681.  
 Disputatio inauguralis de Contractura. 1681.  
 Dissertatio inauguralis de tabe. 1681.  
 Disputatio inauguralis de Lochiis. 1682.  
 Disputatio inauguralis de fermentatione in sanguine non existente. 1682.  
 Disputatio inauguralis de febre petechiali. 1682.  
 Disputatio inauguralis de atrophiam. 1683.  
 Disputatio inauguralis de cordis palpitatione. 1686.  
 Disputatio inauguralis de Gonorrhoea simplici. 1686. Dispu-



Disputatio inauguralis de Ischuria. 1686.

Disputatio inauguralis de delirio in genere. 1686.

Disputatio inauguralis de principiis & transmutatione metallorum. 1686.

Programma de Calendario Valetudinariorum perpetuo. 1687.

Disputatio inauguralis de strumis. 1687.

Disputatio inauguralis de morbillis. 1687.

Disputatio inauguralis de anorexia. 1687.

Disputatio inauguralis de morbis spirituum. 1688.

Disputatio inauguralis de phrenitide. 1689.

Disputatio inauguralis de aegro chylyficatione laesa hypochondriaca laborante. 1689.

Disputatio inauguralis de calculo renum & vesicae. 1689.

Disputatio inauguralis de morbis mammarum. 1689.

Disputatio inauguralis de Apoplexia. 1689.

Disputatio inauguralis de vertigine. 1690.

Disputatio de abscessu. 1690.

Positiones Medicae inaugurales. 1690.

Disputatio inauguralis de nymphomaniis. 1691.

Disputatio inauguralis de diabete. 1692.

Disputatio inauguralis de febre quotidiana intermittente. 1692.

Dispu

- Disputatio inauguralis de dysenteria.  
1693.
- Disputatio inauguralis de fulmine tactis.  
1694.
- Disputatio inauguralis de Schirro lienis.  
1694.
- Programma de principatu cordis. 1694.
- Disputatio de dentium sensu. 1694.
- Disputatio inauguralis de hirundinibus.  
1695.
- Disputatio inauguralis de natura & usu  
sternutatorum. 1695.
- Disputatio inauguralis de sclopetorum  
vulneribus. 1695.
- Disputatio inauguralis de Cardomomis.  
1695.
- Disputatio inauguralis de febre hectica.  
1695.
- Disputatio inauguralis de aegro Bulli-  
mico. 1695.
- Disputatio inauguralis de aphistotono  
1696.
- Disputatio inauguralis, de memoria,  
eiusque remediorum natura, usu & abusu.  
1696.
- Disputatio inauguralis de varis. 1697.
- Disputatio inauguralis de abortu. 1697.
- Programma de aurora, quomodo ut mu-  
fis, ita quoque sanitati amica sit. 1697.
- Disputatio inauguralis de potu frigido.  
1697. Pro-

- Programma de astrorum influxu. 1697.  
 Disputatio inauguralis de signaturis vegetabilium. 1697.  
 Disputatio inauguralis de Pica. 1698.  
 Disputatio inauguralis de Malacia. 1698.  
 Programma de meteoris microcosmi seu flatibus. 1699.  
 Disputatio inauguralis de carminatiuis. 1699.  
 Disputatio inauguralis de pthisi. 1700.  
 Programma de temerario quorundam simplicium remediorum a priscis comendatorum contemptu. 1700.  
 Disputatio inauguralis de Incantatis. 1701.  
 Commendatio studii inquirendi facultates medicamentorum. 1702.  
 Disputatio inauguralis de aphonia. 1702.  
 Programma de aerumosa muliebris fetus conditione. 1702.  
 Disputatio inauguralis, de regulis antimonii. 1703.  
 Programma de peregrinationibus Germanorum medicae artis studiosorum. 1704.  
 Disputatio inauguralis de philtris. 1704.  
 Disputatio inauguralis de menstruis difficilioribus. 1704.  
 Disputatio inauguralis de morbo castrensi, 1704.  
 Theses medicae inaugurales. 1704.

E

Dispu-

- Disputatio inauguralis de tonsillis. 1704.  
 Disputatio de ardore stomachi. 1705.  
 Programmata quatuor de varietate lusu-  
 um naturalium, speciatim in animalibus &  
 cum primis hominibus. 1705.  
 Disputatio inauguralis de Podagra. 1705.  
 Disputatio inauguralis de arteriotomia.  
 1705.  
 Disputatio inauguralis de liene. 1705.  
 Disputatio inauguralis de dentium dolo-  
 re. 1707.  
 Tractatus luculentus nondum editus de  
 Ruta.

GEORGIUS VVOLFFGANGVS  
 VVEDELIVS,

HAEREDITARIVS IN SCHVVARZA,  
 MEDICINAE DOCTOR, COMES  
 PALATINVS CAESAREVS, SERE-  
 NISSIMORVM SAXONIAE DV-  
 CVM CONSILIARIVS ET AR-  
 CHIATER, NEC NON THEOR.  
 PROF. PVBL. ORD. HODIE  
 ACAD. PRORECTOR  
 MAGNIFICVS.

**H**ic Saxonum Hippocrates in veteri,  
 nec ignobili Lusatiae inferioris op-  
 pido, quod Gollena dicitur, natus  
 est,

est A. CIO 130 XLV, parente maxime reueren-  
do amplissimoque M. IO. GEORGIO VVE-  
DELIO, sacrorum ibidem antistite primario  
& postea Sprembergensium ephoro praeci-  
puo, matre EVA, genere pariter & virtute  
clarissima, ac venerabilis ALEXANDRI  
KOHLEI, quondam Praefulis Golsenensis  
bene meriti filia. Aliquanto post in ciuita-  
tem Christianam ascriptus, ac deinde ad  
pietatem studiaque excitatus, sensim pro-  
fecit, & in ludo Sprembergensi rudimenta  
posuit, atque omnium expectationem e-  
grege vicit. Octauo aetatis anno in pa-  
triam Golsenam missus, praeceptorem na-  
ctus est CASPARVM DOLCIVM, virum  
ad docendi artem idoneum, & in contu-  
bernio generosissimi BREDOVII tum tem-  
poris viuentem, qui ad eum ornandum,  
multa & eximia laudis adiumenta attulit.  
Nam sub eius disciplina intra biennium sic  
profecit, vt Graecas Latinasque literas  
probe calleret, Terentiique comoedias,  
Nepotem, Tacitum de moribus Germa-  
norum Tulliique officiorum libros expo-  
nere, & cum generosis condiscipulis in-  
succum & sanguinem conuertere posset.  
Hoc labore defunctus, illustrem Scholam  
Portensem certa quadam inductione animi  
sibi proponebat, cum vt peculiari Potentis-  
simi PR, EL. SAX. diui IO. GEORGII I

gratia frueretur, tum vt viros ingenio & eruditione eximios publice recitantes audiret. Quae spes eum minime fefellit. Etenim M. IOANNES KVHNIUS Rector, M. IVSTVS GVTBIERIVS, Pastor & Inspector, M. IOANNES BARTHOLOMAEI, Prorektor, M. IOANNES GEORGIUS LAVRENTII, Collega tertius, eum sincere complexi sunt, & quibus rebus poterant, adiuuare non destiterunt. Siue enim praesidium humanitatis & philosophiae, siue rationem studii vltius ingrediendi sollicitaret, eorum consilium largiter est expertus. Neque vnquam iis sine documento rarissimae indolis & diligentiae singularis affuit, & eorum scholas per integrum & quod excurrit, quinquennium, constantissime frequentauit. Inde ex peculiari EL. SAXONIS concessione dimissus, testimonium meritis conforme accepit, quo eum in schola hac celebri ceu *lineam albam in saxo se gessisse* praeceptores testabantur. Mox Ienam amandatus, statim omnes incomparabilem ab eius studiis fructum olim expectandum esse non vana opinione iudicarunt. Quippe indefesso laudis certamine & contentione industriae admirabili multos aequalium longo post se, interuallo reliquit, & in sapientiae doctrinis, cum primis physica & Mathefi, celeberrimos

mos viros, IOANNEM PRAETORIVM, Ordini philosophico ascriptum, CASPAREM POSNERVM, ERHARDVM VVEIGELIVM expeditos doctrinae adiutores habuit, atque ad ea studia se indies praeparavit, in quibus vis inesset ac robur. Cum maiora igitur animo agitaret, Aesculapiique coronam consequi studeret, totos dies noctesque honestissimum ingenii laborem pertulit, & omnes numeros diligentissimi\*\* iuuenis implevit. Magno in primis beneficio affectus est ab illustri GVERNERO ROLFINCIO, qui propius eum no-uit, & capacissimae mentis vim, qua pol-luit, accuratius perspexit, & illud etiam, vltro concessit, vt in primis secum familiari-ter esset. Quare sub eius auspiciis, egre-gia specimina edidit, saepeque & multum difficilimas artis medicae materias dispu-tando excusit. Neque eo secius duces sibi a-sciuit experientissimos doctores, GOTHO-FREDVM MOEBIVM, IO. THEODORVM

E 3

SCHEN-

\*\* V. CL. Guernerus Rolfincius saepe numero de eo dicere solebat : *Tu potius eges freno, quam stimulis.* Immo in singulari epistola ty-pis impressa de eo sic tradit : *Sollicitae educa-tionis in te obseruo vestigia. Carmen sani co-loris condere, epistolam argutiis animares ani-mumque philosophiae purpura imbuere magna ponis in pretio &c.*

SCHENCKIVM & IO. ARNOLDVM FRIDERICI, quorum quotidianae enarrationes & publicae interpretationes sponte currentem vehementer confirmarunt. Cum iam in eo esset, vt A. MD LXXV ad exteros proficisci, & regiones remotas ac longe disitas lustrare vellet, tristes de morte patris immatura nuncios accepit. Quo factum est, vt animum mutaret, & in Academia Salana per quinque fere continuos annos permaneret. Postea cum SAMVELE OCHLITIO, doctore nobilissimo, Landesbergam contendit, & tribus mensibus ibidem medicinam fecit. Visa hinc parte Silesiae, Sprembergam repetiit, matremque paucis diebus inuisit, indeque lenam denuo adiit, cum antea Academias illustrissimas, Francofurtensem, Vittembergensem & Lipsicam perlustrasset. Longius deinde progressus est, & A. MDC LXXVI aetatis XXI Academicos honores modeste petiit, ac merito suo impetrauit, magnoque nec vulgari gratulantium applausu sub ROLFINCII praesidio solemniter disputauit. Summam doctoris medici lauream consecutus, interpretandi facultate praestitit, & docendi copia plurimos antecessit. Inde maximos sibi passim aestimatores conciliauit, qui variam eius atque reconditam in medicina aliisque scientiis eruditionem ratione



tionē & experientia firmatam summo in  
preio habuerunt: Inter quos extitit reli-  
giosissimus Principum, ERNESTVS, Saxo-  
niae litterarum stator gloriosissimus, qui  
eum Gotham euocauit, & Medici prouin-  
cialis munere cohonestauit. Quam spar-  
tam ultra quinque annos gessit, & cum ad-  
miratione omnium aegrotantibus praesto  
fuit, perniciemque humani generis mor-  
bos & monstra Herculis instar depellere  
consuevit. Virtus latere non potuit, quae  
spendore suo hominum oculos perfringe-  
bat, & in publico versabatur. Proinde di-  
gnissimus erat, qui anno M DC LXXII ex  
Belgio redux Principum iussu beneficioque  
adniteretur altius, & vacuam medico pro-  
fessore prouinciam sine vitio & ambitu in  
hac Salana capesseret, primariumque inter  
Ducales Archiatros & Consiliarios locum  
deinceps occuparet. Iam magistratu Aca-  
demiae octauum fungitur, nec minus di-  
gnitatem, quam vilitatem huius Athenaei  
tuetur, nullumque tempus optime merendi  
praetermittit.

### SYLLABVS LIBRORVM.

Progressus Academiae Naturae Curio-  
forum, catalogo Patronorum & Collega-  
rum expressus. 1680. 4t.

E 4

Opio-

Opiologia, ad mentem Academiae Naturae Curiosorum. 1682. 4t.

Specimen Experimenti Chimici noui, de Sale volatili Plantarum, edit. secunda 1682. duod.

Experimentum Chemicum ipsum, quo demonstratur: posse ex plantis parari Sal Volatile, etiam sine igne & additamentis. edit. secunda 1682. duod.

Aphorismi Aphorismorum, id est, Aphorismi Hippocratis in Porismata resoluti. 1682. duod.

Theoremata Medica, seu introductio ad Medicinam. ed. secunda. 1692. duod.

Tabulae Synopticae, de Compositione medicamentorum extemporanea. ed. secunda 1701. fol.

De Medicamentorum compositione liber, III sectionibus distinctus. ed. sec. 1693. 4to.

Pharmacia in Artis formam redacta. ed. sec. 1693. 4t.

Pharmacia Acroamatica. 1686. 4t.

Tabulae Chemicae synopticae, cum praef. ad Ampliff. Alchimiae addictorum Ordinem. 1692. 4t.

Introductio in Alchimiam. 1706. 4t.

De Medicamentorum Facultatibus cognoscendis & applicandis, libri duo, 1696. 4t.

Idem liber, traductus in linguam Anglicam. Londini. 1685. oct.

Amoc-

Amoenitates Materiae Medicae, libris II.

1704. 4t.

Syllabus Materiae Medicae selectioris.

1701. 4t.

Theoria Saporum Medica, sectionibus

XI. 1703. 4t.

Physiologia Medica, sectionibus IV distincta. ed. secunda. 1704. 4t.

Physiologia Reformata. 1688. 4.

Pathologia Medica Dogmatica, sectionibus III. 1692. 4t.

Tabulae Pathologico - Therapeuticae.

1687. fol.

Exercitationes Pathol. Therapeuticae.

1697. 4t.

Exercitat. Semiotico - Pathologicae. 1700.

4to.

Consilium Medicum de Peste. ed. secund.

1702. 4t.

Compendium Praxeos Clinicae Exemplaris, secundum ordinem Casuum Timaei a Guldengklee. 1706. 4t.

Exercitationum Medico-Philologicarum, sacrarum & profanarum, Centuria prima coniunctim edita, cum praefatione noua & indice quadruplici. 1701. 4t.

Centuriae Secundae Decas Prima. 1704. 4t.

Centuriae Secundae Decas Secunda.

1708. 4to.

SERIES DISSERTATIONVM,  
ab Ipso & sub Eiusdem Praesidio habi-  
tarum.

De Pollutione nocturna. Disput. Inaug.  
1667.

De Opio. 1667.

De Diebus Criticis. 1667.

De Diureticis. 1667.

De Setaceis. pro Loco. 1673.

De aegro Epileptico. 1673.

De Pleuritide. 1673.

De Mania. 1673.

De Coryza. 1673.

De Epilepsia. 1673.

De Vomitu. 1673.

De Diarrhoea. 1673.

De Diata literatorum. 1674.

De Menstruis Chemicis. 1674.

De Arthritide vaga scorbutica. 1674.

De Febré Petechiali. 1674.

De Visu. 1674.

De Pleuritica aegra. 1674.

De Scabie. 1674.

De Palpitatione Cordis. 1674.

De Colica. 1674.

De Paronychia. 1674.

De Tertianario aegro. 1674.

De Hydropico aegro. 1674.

De Dysenterica aegra. 1675.

De

- De Ictero flauo. 1675.  
 De Pollutione nocturna. 1675.  
 De Melanchol'ia. 1675.  
 De Partu difficili. 1675.  
 De Venaefectione rite adhibenda. 1675.  
 De Colica. 1675.  
 De Hypochondriaco aegro. 1675.  
 De Purgantibus rite adhibendis. 1675.  
 De Vomitoriis rite adhibendis. 1676.  
 De Suppressione Mensium. 1676.  
 De Suffimentis. 1676.  
 De Singultu ex febre maligna. 1676.  
 De Epilepsia hysterica. 1676.  
 De malo Hypochondriaco. 1676.  
 De Paralyfi. 1677.  
 De Voce eiusque affectibus. 1677.  
 De Gialapa. 1678.  
 De Variolis & Morbillis. 1678.  
 De Archeo. 1678.  
 De Vrinis. 1678.  
 De Dentitione infantum. 1678.  
 De Incubo. 1678.  
 De Haemorrhoidibus. 1679.  
 De Haemorrhagia narium. 1679.  
 De Haemoptysi. 1679.  
 De Nephritide. 1680.  
 De Peruigilio. 1680.  
 De Syncope. 1680.  
 De Pernionibus. 1680.  
 De Apoplexia. 1680.  
 De Vomitu cruento. 1680.

bi-  
ug.

De

De



- De Catarrho suffocatiuo. 1681.  
 De Passione Iliaca. 1681.  
 De Bubone pestilenti. 1681.  
 De Peste. 1681.  
 De Gibbere. 1681.  
 De dolore Ischiadico. 1681.  
 De Chlorofi. 1681.  
 De Choreia S. Viti. 1682.  
 De Nutritione & atrophia. 1682.  
 De Venenis & Bezoardicis. 1682.  
 De Syncope. 1682.  
 De Erysipelate. 1682.  
 De Vertigine. 1682.  
 De Lue Venerea. 1682.  
 De Paralyfi. 1682.  
 De Morbis a Fascino. 1682.  
 De Fluore albo. 1682.  
 De Raucedine. 1683.  
 De Antipraxi viscerum. 1683.  
 De Mictu cruento. 1683.  
 De Conuulsione, ad praxin Clinicam. 1683.  
 De Vitiis Humorū morbificis. 1681.  
 De vulnere capitis. 1684.  
 De casu ab alto. 1684.  
 De Conuulsione. 1684.  
 De Hernia. 1684.  
 De Ophthalmia. 1684.  
 De Procidentia vteri. 1684.  
 De Melancholia 1685.  
 De Hydrope. 1685.  
 De Ictero. 1685.

De

- De Peste. 1685.  
 De Consensu partium. 1686.  
 De Transplantatione morborum. 1686.  
 De Cephalalgia. 1686.  
 De Empyemate. 1686.  
 De Catarrho suffocatiuo. 1686.  
 De Somno. 1686.  
 De Clauo pedis. 1686.  
 De Peripneumonia. 1687.  
 De Dysenteria. 1687.  
 De Scorbuto. 1687.  
 De Colica scorbutica. 1688.  
 De Cardialgia. 1688.  
 De Quartana. 1688.  
 De Phthisi. 1688.  
 De Tussi. 1688.  
 De Venere medica & morbifica. 1688.  
 De naeuis maternis. 1688.  
 De Mensium fluxu immodico. 1688.  
 De Contagio & morbis contagiosis. 1689.  
 De Punctura neruorum. 1689.  
 De morbis praecordialibus. 1689.  
 De Physiologia Pulsus 1689.  
 De Similitudine morborum. 1689.  
 De Bile eiusque morbis. 1689.  
 De Ileo. 1689.  
 De notis Grauidarum. 1690.  
 De Palpitatione cordis. 1690.  
 De Catalepsi. 1690.  
 De Febre intermittente. 1690.

De

De

- De Antimonio diaphoretico. 1690.  
 De Oblivione. 1690.  
 De purpura Puerperarum. 1690.  
 De Infomnis. 1690.  
 De Cucurbitula sicca. 1691.  
 De Bulimo. 1691.  
 De Febris intermittentibus. 1692.  
 De Spectris. 1693.  
 De Nyctalopia. 1693.  
 De Mania. 1693.  
 De Acidulis. 1695.  
 De fundamentis vulnerum lethalitys.  
 1695.  
 De Thermis. 1695.  
 De Sale Ammonico. 1695.  
 De Arthritide. 1695.  
 De Morbis Tartareis. 1695.  
 De Egilope. 1695.  
 De Hydrophobia. 1695.  
 De Fermentis chemicis. 1695.  
 De Circulatione sanguinis. 1696.  
 De Memoriae debilitate. 1696.  
 De Pruritu. 1696.  
 De Febri maligna. 1696.  
 De Procidencia ani. 1696.  
 De Verrucis. 1696.  
 De Foetore. 1696.  
 De oleis destillatis. 1696.  
 De febr ephemera. 1696.  
 De Spiritu vini. 1696.

De



- De Inflammatione renum. 1697.  
 De Camphora. 1697.  
 De Cholera. 1697.  
 De Sudore Anglico. 1697.  
 De Terrore. 1697.  
 De Ambra. 1698.  
 De ructu. 1698.  
 De tinctura bezoardica essentificata. 1698.  
 Lemmata medica. 1699.  
 De Lactis defectu. 1699.  
 De Aneurysmate. 1699.  
 De Ischuria. 1699.  
 De Varice. 1699.  
 De Cachectico. 1700.  
 De Mercurio dulci. 1700.  
 De Asthmatis mechanica. 1700.  
 De Terebinthina. 1700.  
 De Aro. 1701.  
 De Spasmo Cynico. 1701.  
 De Calculi mechanica. 1701.  
 Summaria Critica. 1701.  
 De Purgantium mechanica. 1702.  
 De Musco terrestri clauato. 1702.  
 De Cura palliativa. 1703.  
 De Herpete. 1703.  
 De Theriaca coelesti. 1703.  
 De usu Ligaturarum in hydrope. 1703.  
 De Maro. 1703.  
 De Cancro mammarum. 1704.  
 De Dysuria. 1704.

De

- De Vomitoriis. 1704.  
 De Angina. 1704.  
 De Lithotomia. 1704.  
 De Phimosi & Paraphimosi. 1705.  
 De Affectibus aurium in genere. 1705.  
 De Ipecacuanha Americana & Germani-  
 ca. 1705.  
 De cubebis. 1705.  
 De Amaurosi. 1705.  
 De Cataracta. 1706.  
 De Suppressione mensium. 1706.  
 De Tumoribus testium. 1706.  
 De Sabina. 1707.  
 De vita longa. 1707.  
 De Cinamomo. 1707.  
 De Melancholia. 1707.  
 De Apoplexia. 1707.  
 De Paralyfi. 1707.  
 De Vertigine. 1707.  
 De dolore capitis. 1707.  
 De Epilepsia. 1708.  
 De Mania. 1708.  
 De Incubo. 1708.  
 De affectibus soporosis &  
 De Catalepsi. 1708.  
 De Contraffissura. 1708.  
 De Atretis. 1709.  
 De Catarrhis. 1709.



pertexere conatus est, accedente ad ordinarias curas, nouo linguarum exoticarum, Gallicae cum primis & Etruscae amore, quarum usum nunc in omni vita pro seculi genio maximum videt. Dum in his studiis strenue desudabat atque elaborabat, commodam nonnulli pollicebantur occasionem, in illustrium comitatu iuuenum exteras regiones visendi. Quapropter Anno cio m c LXXVI Hamburgum abiit, vbi omnium studia voluntatesque, non casu quodam, sed iudicio virtutis, sibi coniunxit. Postquam vero ob ingrauescentem belli flammam in proposito permanere non posset, ad suos iterum reuersus est, & maiori alacritate medicorum scholas frequentauit. In primis ante oculos habuit RODOLPHVM GVILIELMVM CRAYSIVM, summum naturae interpretem, & GEORGIVM VVOLFANGVM VVEDELIVM, vsu & arte medendi alterum Hippocratem, atque inter medicos qui Graece & Arabice sciunt, facile principem. Nec AVGVSTINVM HENRICVM FASCHIVM omisit, virum multo vsu confirmatum, qui incidendis humanis corporibus in hac Academia manum admouit, eoque modo nostrum, & omnes medicinae deditos erudiuit. Neque in postremis fuit CHRISTIANVS SOR-  
 GELIVS, medicus Vinariensis varia doctri-  
 na

na instructus, cuius praelectionibus ad  
*praxin* ducentibus sedulus quoque inter-  
 fuit. Praetereo clarissimos artis medendi  
 doctores, KIRSTENIVM & DAVIDEM  
 VANDERBECKIVM, qui eum Hamburgi  
 commorantem maximopere dilexerunt, &  
 omni honore dignati sunt. Certe quam  
 frugi fuerit & assiduus, quamque nil studii  
 praetermiserit in eo vitae genere, quod  
 ad decus medicinae spectat, semel iterum  
 & saepius in publico eruditi certaminis  
 campo comprobavit. Nihil igitur erat  
 reliquum, nisi quod praemia, quae cun-  
 ctantes etiam sequuntur, illum inprimis  
 omni iure expectabant: quibus rebus effe-  
 ctum est, ut A. MDCC LXXXI artis saluta-  
 ris doctor publice renunciaretur, & post  
 decursum XIV annorum spatium à Serenis-  
 simis Nutritoribus vacantem medicinae pro-  
 fessionem benignissime acciperet.

Sub eius praesidio habitae sunt sequen-  
 tes dissertationes maximam par-  
 tem inaugurales.

De dura matre. 1690.

De affectionibus animi. 1695.

De torminibus infantum. 1695.

De gurgulione. 1696

De fermentationibus microcosmicis. 1696.

- De epilepsia infantili. 1696.  
 De Sudoribus. 1697.  
 De Paracenthesi thoracis & abdominis.  
 1697.  
 De Cachexia. 1697.  
 De lochiorum retentione. 1697.  
 De ambustione eiusque remediis. 1698.  
 De variolis malignis. 1699.  
 De crepatura viscerum. 1699.  
 De roncho infantis casus. 1699.  
 De lochiorum fluxu nimio. 1699.  
 De lapsu vaginae vteri. 1700.  
 De foemina mola laborante. 1700.  
 De puerpera suffocationis hypochondriaco hystericae periculo exposita. 1701.  
 De dolorum partus spuriorum c. veris collatione. 1702.  
 De Sudoriferis. 1702.  
 De fluore albo. 1703.  
 De gonorrhoea virulenta. 1704.  
 De cholera humida & sicca. 1704.  
 De chlorosi. 1704.  
 De retentione secundinarum. 1704.  
 De effluuorum efficacia. 1704.  
 De paralyfi perfecta. 1704.  
 De balsamo vero s. opobalsamo. 1705.  
 De Partu naturli, collato c. praeternaturali. 1705.  
 De pauoribus puellae morbo complicato laborantis. 1706.

De

- De Aphthis. 1706.  
 De incontinentia vrinae. 1707.  
 De vrticis. 1707.  
 De clyffis mineralibus. 1707.  
 De Cauteriis. 1708.  
 De vomica pulmonum. 1708.  
 De partu caefareo. 1709.

## ORDO PHILOS.

IOANNES ANDREAS  
 DANZIVS,  
 SACRAR. RELIQVARVMQVE ORI-  
 ENTALIVM LINGVARVM PROF.  
 PVBL. ORD.

**N**atus est hic A. MDCCCLIV Sundhu-  
 sae, qui pagus Gothae contermi-  
 nus est. Pater ei fuit, integra exi-  
 stimatione vir, SEBASTIANVS DANZIVS,  
 liberi fundi Sundhusani, qui Doringis der  
 freye Siedelhoff vocatur, cohaeres : ma-  
 ter ANNA MAGDALENA, femina opti-  
 ma, reuerendi & clarissimi viri, IOANNIS  
 GNVGENII, dioeceseos Valtershufanae  
 Adiuncti, & Pastoris Horselgauiensis, filia.  
 Cum benigna rerum mater, natura, ingeni-  
 um percipiendis artibus capax, memori-  
 am fidelem, discendi cupiditatem flagran-  
 tissimam ipsi indidisset, singulari decreto

gloriosae memoriae Ducis Saxoniae Gothani FRIDERICI, ad studia recte atque ordine excolenda se applicare iussus est. Puer itaque decennis sedulam Grammaticae fundamentis operam dedit Fridericirodae, sub moderatore SALZMANNO: postea ad Gymnasium Gothanum ablegatus, humanitatis & philosophiae studia a clarissimis illius Lycei doctoribus, praecipue REYHERO egregie didicit. Adultior PRINCIPIS desiderio satisfacturus, Vittembergam deflexit, ut cum philologiae tum theologiae aut firmaret, aut iaceret ea fundamenta, quibus ad summa tendens niti posset. Hic igitur, inter amoeniora studia, summos Academiae viros, SCHVRZFLEI, SCHIVM, KIRCHMAYERVM, SENNERTVM, DONATVM, DASSOVIVM, VALTHERVM, MEISNERVM, GREENIVM, CARPZOVIUM & CALOVIVM incredibili vigilantia audiuit. Quorum ex scholis atque sermonibus quicquid ad cognitionem linguarum orientalium, antiquitatis & divinius disciplinae pertinebat, celerrime in commentaria redigens, brevi tempore omni doctrina liberali imbutus, A. MDCLXXVI lauream sapientiae magno applausu reportavit. Hisce auctus honoribus, nobilissimam Germaniae urbem, omniumque bonarum rerum usu locupletissimam,



mam, quam prisco nomine Franci & Saxo-  
 nes Hammaburgum appellarunt, inuifit,  
 vbi ultra biennium degens, praecipue  
 viro linguarum, quas oriens sibi vindicat,  
 peritissimo, ESDRAE EDZARDO, & duo-  
 bus iudaeorum magistris, DAVIDI HIE-  
 RONYMO, in iuris nominisque Christiani  
 tabulas relato, librumque SOHAR expo-  
 nenti, & IACOBO FIDANQVIO, Lufi-  
 tano, admirandam operam impendit. In-  
 de Edzardi suafu Lipfiam iuit, in hac lau-  
 ta & studiis non minus quam illustrium re-  
 rum fpectaculis celebri vrbe collectas ani-  
 mi dotes explicaturus. Sed ob moras ipfi ab  
 ordine philofopho, quod magifter Lipfi-  
 enfis non efferet, difficultates, Lipfia Vitem-  
 bergam migravit, & editis vna hebdoma-  
 da duobus eruditionis fpeciminibus, le-  
 gendi facultatem efferet conlequutus. Mox  
 iuffu & auctoritate illuftriffimi Senatus *Ec-  
 clefiaftici* Saxo Gothani, Ienam fe recipi-  
 ens, quicquid efferet priuilegiorum, interce-  
 dente Sereniffimo FRIDERICO, gratis ob-  
 tinuit. Cumque res ita ferret, vt priuato  
 iterum doctore in orientali literatura vte-  
 retur, idonea & fapientia ratione sibi dele-  
 git ERNESTVM CHRISTIANVM ZAR-  
 FOSSIVM, Iudaeum Chrifti myfteriis ini-  
 tiatum, quo cum in ftvlo difputandi GEMA-  
 RICO penitus cognofcendo fe gnauiter

exercuit. Amplius oratoriae sacrae subsidia comparavit, cum Ienensium Chrystostomo, GEORGIO GOEZIO, diligentem sese auditorem praebere. Hinc Anno MDLXXXIII peregrinas adire regiones constituit, non otii & deliciarum causa, sed quia ornamenta doctrinae augere, & omnes Arabum recessus curatius peruestigare cupiebat. Quare Gissam Helsingorum, Francofurtum & Coloniam Agrippinam perrexit, & singularum cum viros eruditione claros, tum situs & monumenta studiose explanare non destitit. Colonia in Belgium contendit, & delatus Lugdunum, fulgentissima Belgii lumina, FRIDERICVM SPANHEMIVM, ANTONIVM HVLSIVM, STEPHANVM LEMONIVM, IACOBVM GRONOVIVM non vidit modo, sed quoque allocutus est, & quid de quaque re penitus sentirent, praesens intellexit. Hac musarum sede perlustrata, Ultraiectum ad Rhenum venit, ubi a IO. GEORG. GRAEVIO, LEVSDENIO, HERMANNO VVITSIO & MELCHIORE LEYDECKERO, viris bono virtutis ac literarum patris, humaniter exceptus est, & capto praebitoque eruditi sermonis fructu dimissus. Praeter celebriores Belgii civitates reliquas, adiit etiam Amstelodamum, illud mercium ex toto terrarum orbe celeberrimum emporium, ubi adiutore

iutore ANGELO DELABROSSEO, Gallo  
 doctissimo, qui per duodeuiginti annos in  
 Persia *Missionarii Apostolici* personam  
 sustinuerat, limpidissimos Persicae lin-  
 guae fontes pleno gutture hausit. Simul  
 & praestantes Academiae Iudaicae docto-  
 res natione Lusitanos, IOSEPHVM ATHI-  
 AM & DAVIDEM de PINA, quorum haud  
 spernenda ingenii monumenta extant, sibi  
 modestia & diligentia reddidit deuinctos,  
 adeo ut & conueniendi & interrogandi sui  
 liberum locum benigne ipsi concederent.  
 In his cum animum pauisset, in magnam  
 beatamque Britanniae insulam traiecit, &  
 Londini, Oxonii, Cantabrigae bibliothecarum  
 claustra sibi curauit aperienda, atque  
 nobilium hominum congressibus eru-  
 ditionis causa institutis interfuit, ratio-  
 nesque cum rationibus contendit. Inpri-  
 mis suaue illi est, duce EDVARDO POCO-  
 KIO, quo viro nil doctius Anglia habuit,  
 nouam studiis Arabicis lucem foenerasse:  
 veramque deinceps linguae Arabicae pro-  
 nunciationem ex Arabe quodam Damasci  
 nato Londini luculenter percepisse. Nec  
 minus laetatur, illustrium doctrina viro-  
 rum, HELMONTII, EDVARDI BERNAR-  
 DI, THOMAE HYDEI, HENRICI MORI,  
 IOANNIS SPENCERI, EDVARDI CASTEL-  
 LI, IACOBI ABENDANAE, Synagogae Lu-  
 sitanicae  
 F 5

fitanicae magistri, & KEVTHII carcere tum temporis inclusi, aspectu & colloquio frui potuisse. Ex Britannia in foederatas Belgii prouincias reducem Hulsius & Spanhemius Lugdunensi Academiae destinarunt, amplissimiisque curatoribus multum diligenterque commendarunt, cum antea difficile & impeditum argumentum ex Maemonide in Latinam linguam speciminis loco eleganter conuertisset, & V. CL. IACOBVS TRIGLANDIUS post plures alios eius ductu feliciter vsus fuisset. Sed iustas ob causas declinauit spartam. in amore Saxonici nominis defixus, & ad Franequeranos Groningensesque perrexit, ac philologis & theologis optimis, IACOBO RHENFERDIO, CAMPEGIO VITRINGAE, IOANNI VANDERVVEYIO, HVBERTO ICTO, NICOLAO BLANCARDO, IACOBO PERIZONIO, IOANNI BRAVNIO & IACOBO OISELIO innotuit, quorum sermones eruditissimi & consuetudo suauissima eum maximopere recrearunt. Mox per Frisios Orientales, agrum Bremensem & Saxoniam inferiorem profectus, vel quae ad antiquitatis notitiam attinent, perquisiuit, vel bibliopolarum tabernas excusit, vel peritissimorum virorum studia secutus est, & tandem, meliori literarum auspicio, Ienam reuertit, & PRINCIPVM iussu munus docto-

doctōris linguarum, quas oriens extulit,  
publici A. R. G. cōs. 15c LXXXV suffragan-  
te Patrum collegio suscepit.

Ingenium viri testantur haec literaturae  
orientalis monumenta partim edita par-  
tim ad prelum parata.

Contra Abarbenelem in Ies. LIII. Vitemb.  
1679.

Judaei proprio gladio iugulati in expli-  
catione eiusdem Esai. LIII. Vitemb. 1679.

De Krischma, Ebraeorum, parte prooe-  
miali, 1680.

Pro Versione Lutheri Gen. IV. 1. Ich hab  
den Mann den Herrn, contra Rauium.

Kain contra necem praemunitus in Gen.  
IV. v. 15.

De Sacris Iudaeorum νομοφυλακτηρι-  
bis quotidie recitari solitis, Disp. II. pro  
Loco.

De Ritu Excommunicandi inter Ebraeos.  
1683.

De Functione Pontificis M. in adyto anni-  
uersaria, pro illustratione Ebr. IX. 7. 1683.

Vxor maritum repudians secundum  
leges Ebraeorum, contra Iosephum, pro  
illustrandis verbis Christi Marc. X. 12. &  
Pauli 1. Cor. VII. v. 10. 11. 13.

Alkorani Caput I & II Arabice cum ver-  
sione latina calci paginarum subiuncta, ty-  
pis elegantissimis descripta.

Ani-

Animalia esu interdicta, ex Act. X. 12. seqq. 1687.

De Bapüsmo Initiationis Ebraeos inter ac Gentiles, ad illustrandum eum, qui à Iohanne peractus. 1689.

Varii argumenti theses philolog. XX 1689.

De Ebraeorum Re militari, ad Deut. XX & XXI prior & poster. 1690.

Christi curatio Sabbathica, ex legibus Iudaicis vindicata contra Iudaicas calumnias. 1699.

Partus Virginis miraculosus, ex Ies. VII. v. 14. 1700.

Origo Talionis, ad mentem Gentilium, Iudaeorum & Christianorum examinata, ad Matth. V. v. 38. 39. 1700.

Iura Nouilunii initiandi è Maim. Pro Luthero, ex acrimonia styli reprehenso, 1704.

De קְרֵוּפָאִיא Antidiluvianorum, pro explicand. Gen. I. v. 29. c. IX. 3. 1709.

De Necessitate linguae Ebr. cuius Ecclesiae Doctori discendae. In Praefat. Synopses Interpretis Ebraeo-Chaldaei, 1708.

Sciagraphia fundamentorū pro lectione *Schemhamphorasch* per *Iehova*. De significatione diuini יְהוָה, & Etymologia proprii Saluatoris יֵשׁוּעַ, cum explicatione loci Irenaei lib. 2. c. 41. de voce IESV, quem credidere inexplicabilem.

Eliae

Eliae ad torrentem latentis dapiferi , ad  
coruos proprie dictos restricti : contra R.  
Ada f. Menioni , R. Ionam , & imprimis R.  
Iudam , incolas *Orbo* vrbis fictitiae introdu-  
centem , eiusque defensorem anonymum.

Antiquitas Baptismi Patriarcharum vin-  
dicata , contra adscribentes ipsi originem  
Christianam.

Dei cum Diuis de homine condendo de-  
liberatio , ex Gen. I. 26.

Deus in Deitate plures numerans Gen.  
III. 22.

Scriptura Antiquorum indistincta , in  
ipso sacro Codice hodiernum deprehensa.

De ברת קור filia vocis , Oraculo Iudaeis  
frequenti.

חמץ ומצות de expurgando Fermento,  
& Caena Paschali e Maimonid. ad expli-  
candam vltimam Saluatoris Coenam.

Comment. in Matthaeum , Epistolam  
Pauli ad Romanos , & priorem Petri , ob-  
seruatis vbique Ebraeorum Antiquitatibus.

Praelectiones publ. in Iesariae IX capita  
priora , in Hoseam , Ioëlem , Malachiam , &  
priora capita Amosi.

Animaduersiones in Pfeifferi Criticam sa-  
cram ; nec non *Goodwins* Antiquitates E-  
braicas , Mosën & Aaron inscriptas.

Ma-

Masora throno Θεοπροϋεσίας turbata:

De Pulcritudine Christi hominis, pro illustratione Ies. LIII. v. 2. 3. Pf. 45. 3.

Privilegia Studiosorum, Ebraeorum iure ipsis concessa.

Sepulcra Iudaeorum extra vrbes locanda, pro illustratione Luc. VII. 12.

Matrimonium cum fratris fororisque filia iuxta leges Ebraeorum licitum.

De TRYPHONE, Iustini Martyris collocutore, contra C. G. K. Theol. Doct.

Iosephus iustus iniuste vapulans in blasphemo vulgi dieterio, ein guter Mann, ein Ioseph: restitutus suo honori ex legitima interpretatione Matth. I. v. 19.

De Suffraganeo Pontificis V. T. סגן siue הממונה dicto.

De Cothurnis mulierum Iudaicarum Ies. III. v. 16. 18. descriptis.

Transgressio Sabbathi inculpata.

Reuerentia Sabbathi culpabilis.

Sabbathum festo contiguum.

Sabbathi Parasceue, pro illustr. Luc. XIII. 54. Marc. XV. 42.

Sabbathum ieiunio dicatum.

Sabbathum Deuteroproton, ad illustr. Luc. 6. 1.

Sabbathici Itineris iuxta leges Ebraeorum spatium.

מוקרק



מרקקו siue Compendium Grammaticae  
Ebraeo Chaldaicae. Edit. tertia. Ienae 1706.

Paradigmata nominum simplicium , ac  
verborum integra. Edit. tertia. Ienae 1709.

תרגומן siue interpretis Ebraeo Chaldaei  
synopsis. Edit. tertia. Ienae 1708.

Aditus Syriae reclusus. Editio secunda.  
1700.

Rabbinismus enucleatus, quoad ea, quae  
Hebraeo Chaldaeis vel prorsus non, vel mi-  
nus vsitata sunt, cum directione legendi  
scripturam absque punctis. Edit. secunda,  
Ienae 1699.

Litterator & interpres Hebraeo Chaldae-  
us plenior, Editio secunda, Ienae 1710.

Iam in id incumbit, vt quam accuratis-  
sime typis maioribus edat codicem veteris  
instrumenti Hebraeum , in quo omnia  
quoad Keri & Cethibh quam sancte quidem  
retinebit , causam tamen dissensionis vbi-  
que luculenter indicare non dedignabitur.  
Addita explicatione, quod Cethibh nun-  
quam verum scripturae sensum immutet, at-  
que adeo perperam suis priueretur punctis,  
quae ad calcem cuiuslibet paginae restituet.  
Sic facile euinci poterit, tabulas coelestes  
variantibus lectionibus minime esse obno-  
xias, aeternamque ac immotam in se semper  
continere veritatem. Praeterea abundat  
libris manuscriptis orientalibus rarissimis, ex  
variis

variis Europae angulis conquisitis : inter quos praecipue eminent sequentes Karraeorum codices auro pretiosiores , qui dignissimi sunt , vt Principum sumptu atque auspiciis cum orbe literato propediem opera ipsius communicentur.

I. Aaronis posterioris f. Eliae כתר תורה  
*Corona Legis* dicta : Commentarium completens in Pentateuchum literalem , quo sensus a diuino scriptore intentus , absque subsidio traditionum , sola Hermeneutica ope eruitur , & Phariseis continuo contradicitur : spisso fatis volumine , quod 395 integris foliis ( non paginis ) constat. In cuius limine dissensum recenset , quo Karraci Iudaei ( qui Sadducaeorum creduntur progenies , nisi quod Spiritus & animae immortalitatem feruide propugnent ) discrepant a Iudaeis Phariseis & Rabbanistis.

II. Eiusdem Aaronis posterioris f. Eliae ספר המצוות *liber Praeceptorum* : qui vt Maimonidis *Iad Chafaka* , veluti systema comprehendit Theologiae Iudaicae , vna cum corpore Iuris ciuilibus & Canonici. Solum hic Scripturam admittit doctrinae suae principium , Talmude omnibusque Pharisaicis traditionibus reiectis. Vnde , vt ibi continuo sententiam R. Salomonis Isaacidis & Ab. Esrae refutandam assumpsit ; ita hic

hic Talmudistas & nominatenus Maimonidem sub examen vocat. constat foliis 287.

III. His accedit R. Mardochai f. Elieser **CONTINO** commentarius in integr. pentateuchum foliis constans 150. volumine mediocri. Qui perperam quidem quibusdam creditus fuit Karraeus. Sed quia his ex instituto suam opponit doctrinam, multaque noua & scitu dignissima tradit, & perinde, vt praecedentes, nunquam impressus est, typis omnino exscribi meretur.

**IOANNES IACOBVS  
MULLERVS,**

**IVRIS VTRIVSQUE DOCTOR,  
MORALIVM ET POLITICES  
PROF. PVBL. ORDIN.**

**M**uius natiuitas incidit in annum  
CIO IOC L Ienae, quae vrbs Thu-  
ringiae celebris, Lipsia Germa-  
niae emporio florentissimo nouem, & Vi-  
naria nobili Ducum domicilio duobus mil-  
liaribus distat. Genus paternum mater-  
numque honestissimum ei contigit. Pa-  
ternum duxit a Ioanne Mullero, Iudi litte-  
rarii prorectore ob merita inprimis nomi-  
nando

G

nando. Maternum trahit a Grosneris, quorum familia his in regionibus non obscura fuit. Prima sui iuuenta magna sciendi cupiditate flagrauit, ideoque ad philosophiae & humanitatis studium se applicauit. Ac ne quicquam omitteretur, quod ad formandam hanc indolem multarum rerum capacem pertineret, parentes ANTONIUM MOSERVM, magistrum clarissimum, hodie verbi diuini apud Salafeldenses praeconem fidelissimum filio intra priuatos parietes indies perpoliando praefecerunt. Huius ductu auctorum utriusque linguae plurimos singulari tractauit felicitate, & recte loquendi pariter ac scribendi praecepta retinuit, ita quidem vt anno aetatis xv Academiae auditoriis merito censeretur maturus. In tabulas eruditae ciuitatis relatus, scholas praestantissimorum doctorum, FRISCHMUTHII, VVEIGELII, POSNERI, BOSII, VELTHEMII, MVSAEI, BAIERI & BECHMANNI incredibili diligentia frequentauit. Potissimum autem operam suam in hoc genere studii posuit, quod circa dirigendas hominum actiones versatur, & cuius utilitas in vita communi ab omni tempore exsplenduit. Neque vero industria eius praemiis caruit: factum enim deinceps est, vt concordii omnium suffragio

gio doctoris philosophi titulum inter primos publice reportaret. Post impetratam sapientiae lauream nondiu latuit, sed statim praeclara doctrinae documenta eruditorum oculis exposuit, atque aditum sibi ad locum in ordine philosophico obtinendum muniuit, quem post hac per integrum decennium cum singulari totius Academiae emolumento ornauit. Tanta sane veneratione eruditi ciues eum complectebantur, ut etiam a iuvene tum nobilissimo, OBERLACHIO, Hannouerano, nunc consiliario splendidissimo, in Saxoniam inferiorem duceretur, ibique ad ipsum priuatissime vberius instituendum adhiberetur. Quando autem vniuersae philosophiae, praecipue vero doctrinae morali ac ciuili, docendo & scribendo tantopere vacabat, subinde adspirabat altius; & cum intelligeret publici priuatique iuris scientiam a morali disciplina origines suas repetere, praesidiis septus, in id incumbere, vt ad intimos eius recessus penetraret. Hinc praeceuntibus Germania Papinianis, Struuiio & Lynckero, ad singularem iuris peritiam expedire cursu peruenit. Praeter haec vt in philosophia, sic in iuris scientia feliciter absoluenda, identidem in arenam descendit. Nominatim commendari debet doctissima de *iure expressaliarum* dissertatio,

G 2

tio,



tio, quam suo Marte conscriptam, sub laudati perillustri Lynckeri clypeo a telis oppugnantium strenue defendit. Cum itaque totius prudentiae ciuiliſ ambitum suo complexus eſſet ingenio, ad complures functiones honeſtiſſimas expeti vocarique promeruit. Sed vindicarunt ſibi hoc decus glorioſiſſimi Saxoniae duces, & illi publicum docendi munus in hac propter Salam Academia clementiſſime demandarunt, quod cum laudabiliter aliquot annis adminiſtraſſet, a iuriſperitorum collegio doctoris iuridici purpuram accepit.

Scripta viri ſelecta.

- Diff. De moderamine inculpatae tutelae.
- De vicaria morte.
- De iure maioris partis.
- De iure feziali.
- De iure tranſitus per alterius territorium.
- De fictionibus iuris naturae & gentium.
- De moralitate.
- De proaereſi.
- De iure naturae.
- De circumſtantiis & occasione.
- De Imperio Dictatoris.
- De Iuribus Maiestaticis.

De



- De societate in communi.  
 De coniugio.  
 De Polygamia.  
 De societate dominica.  
 De societate patria.  
 De regressu demonstratiuo.  
 De petitione eius, quod in principio.  
 De syllogismo composito.  
 De iure retorsionis inter status Imperii dissertatio inauguralis 1700.  
 De imputatione morali 1707.  
 De iure superiorum in iuramenta inferiorum 1708.  
 De virtutibus ac vitiis philosophorum Orientalium 1709.  
 Institutiones Ethicae. 1691. 8.  
 Institutiones politic. 1691. 8.  
 Instit. iurispr. Gentium. 1694.  
 Commentatio in Guilielm. Grotii enchiridion 1694.  
 Introductio in artem emblematicam 1706.

GEORGIUS ALBERTVS  
 HAMBERGERVS,  
 MATHEMATVM ET PHILOSOPHIAE  
 NATVRALIS PROFESSOR PVBLICVS  
 ORDINARIVS, ALVMNORVM  
 DVCALIVM INSPECTOR.

**H**inc Onoldsbacum, vrbs in Francia orientali & arce & aspectu pulchra, ac aula & principis cultu splendida & florens auspicato genitum excepit, & aliquandiu feliciter retinuit, ac literis humanioribus probe excultum, non decepta eius expectatione indolis, Norimbergensium Academiae transmisit. Vbi ad virum exquisito ingenio & acri iudicio praeditum, IO. CHRISTOPHOR. STVRMIVM, se applicauit, cuius ductu, in erudito puluere, & abditis ac retrusis naturae recessibus inuestigandis, nihil vtilius sibi esse sensit & vltro factus est, propterea quod in eo viuum & vastissimum mathematicae doctrinae exemplum oculis vsurpabat, & pari animi contentione sequebatur. Cumque is nullam occasionem de eo bene merendi praeterlabi fineret, luculentis animi dotibus ad quaeuis ardua contendit, testatumque fecit, animum liberalem atque ingenuum nullis laborum difficultatibus frangi atque defatigari. Postea Ienam venit, a clarissimo STVRMIO submonitus, vt initas studiorum rationes sub magno VEIGELIO continuaret. Quod ei cecidit feliciter, quando eius doctrinam iam in publico eruditorum hominum conspectu positam sic probarunt patres, vt ipsum consentientibus suffragiis



fragiis in ascriptorum numerum recipe-  
rent. Mox in disciplinis mathematicis de-  
fixus, consilium cepit alius enitendi, &  
VEIGELII totiusque senatus academici  
commendatione ornatus, Anno cō lōc  
LXXXIV beneficio serenissimorum Sa-  
xoniae ducum mathematicum professoris  
partes extra ordinem suscepit. Ea digni-  
tate parta, acrius in diuinam mathesin in-  
cumbere solitus, Anno cō lōc XCVI  
doctoris ordinarii prouinciam capessebat,  
ac deinde mutato paulisper academiae sta-  
tu, alumnorum inspectionem, & philo-  
sophiae naturalis quoque professionem  
nactus est.

Dissertationum ante hac seorsim edita-  
rum, quasdam nuper in fasciculum colle-  
git, cui, si per negotia licebit, addet al-  
terum. Mathesin pene vniuersam ad  
prelum paratam suo tempore publici fa-  
ciet iuris.

IOANNES GEORGIVS  
MULLERVS,

POESEOS PROFESSOR PVBLICVS  
ORDINARIVS.

**B** Atria ei contigit Iena, perantiqua  
Thuringiae vrbs, quae ipsi nascen-  
di initia praebuit. Parentes for-  
titus

titus est optimos, qui in eo liberaliter educando totam felicitatis suae rationem posuerunt. Postquam paulo adoleuit, statim bona pueri indoles emicuit, quae ut incenderetur magis, praeceptores eo delecti liberalibus doctrinis imbuendum susceperunt, & quia in literis quotidie proficiebat, dignissimum iudicarunt, qui ad gymnasium Casimirianum, quod Coburgi floret, dimitteretur. Mox lenam reuocatus, studiis academicis diligenter vacare coepit, & breui tempore summos in philosophia honores adeptus est. Postea rector scholae oppidanae constitutus, ordinique philosopho ascriptus, summa cum laude celebrique pietatis ac doctrinae fama iuuentutem erudiuit. Tandem in numerum professorum cooptatus, quam de se famam antea excitauerat, insigniter auxit, & magistratui academiae laudabiliter praefuit. Disputauit publice de obligatione legis per se ciuitati propriae, eiusque diuisione in directam & reflexam, item de instantia ab eadem, porro de indifferentia in genere morum. Edidit etiam exercitationem de natura media poëseos inter philosophiam & historiam, vna cum carminibus quibusdam Latinis in rariore & solemniori materia.

IOAN-

IOANNES CASPAR  
POSNER,

ELOQVENTIAE PROFESSOR PVBLI-  
CVS ORDINARIVS.

**E**na, celeberrimum musarum do-  
micilium, prima fuit, quae in lu-  
cem hanc editum exciperet anno  
superioris saeculi LXXIII. Parentes GA-  
SPERIVS POSNERVS, philosophus post  
hominum memoriam maximus, totius-  
que academiae senior, & CATHARINA  
DOROTHEA ZOPFIA, matrona multis  
laudibus condecorata, filium hunc ab na-  
tura ad doctrinas idoneum & promptum,  
non magis familiae, quam patriae orna-  
mento esse voluerunt. Quare domi edu-  
catus, & priuato docentium studio excul-  
tus, telam optime coeptam in gymnasio  
Rutheneo, quod Gerae floret, sub KOE-  
BERI & VENDLERI disciplina per qua-  
driennium continuauit. Digressus inde  
A. clo loc LXXXIX, de patris consilio  
huc iterum accessit, in tanto doctissimorum  
hominum coetu, se magis magisque lite-  
rarum praesidio firmaturus. Ne vero  
nondum initiatus, sacrum theologiae stu-  
dium attrectaret, non omnibus modo phi-  
loso-

losophiae partibus, sed & philologia Lati-  
 na, Graeca & Orientali aditum sibi ad ma-  
 iora paravit, addita geographiae & histo-  
 riarum cognitione, quam plerique, ni-  
 mium vota festinantes, tam alto supercilio  
 despiciunt. Laudat hinc praeter paren-  
 tem duces hac in re exquisitissimos, & toto  
 orbe literato inclytos, VEIGELIVM,  
 SCHV BARTVM, SAGITTARIVM,  
 SCHMIDIVM, DANZIVM, BVDDEV M,  
 HAMBERGERVM, itemque STVR-  
 MIVM, nunc academiae Viadrinae mathe-  
 maticum praestantissimum. Firmis hisce  
 subsidiis munitus, amplissimum diuinioris  
 doctrinae campum ingressus est, & docto-  
 ribus theologis celebratissimis, BECH-  
 MANNO. BAIERO, VELTHEMIO, GOE-  
 ZIO semet addixit, eorumque auspiciis sin-  
 gulas theologiae partes pertractavit.  
 Quibus peractis, cum tot laborum prae-  
 mia, ac summum in philosophia gradum  
 spectaret, nomen suum A. clo loc XCV  
 apud ordinem sapientum professus est, &  
 aequissima magisterii iura obtinuit. Mox  
 in numerum ascriptorum cooptatus, con-  
 ferta auditorum corona philosophicas di-  
 sciplinas & sacram civilemque oratoriam pri-  
 uatos intra parietes explicavit. Defuncto  
 A. clo locc patre, physices professore  
 ordinario, ex voluntate principum, &  
 totius

totius academiae consensu in eius locum  
furrogatus est. Quinquennio cum phi-  
losophiam naturalem magno cum applau-  
su docuisset, ad ordinariam eloquentiae  
sedem ascendit.

Scripta:

Fasciculus dissertationum philologica-  
rum & philosophicarum de chaos, mundi  
origine. Ienae 1698. in 4t. sumptibus Pauli  
Erichii.

Exercitatio de Ecclasi. Ienae A. 1699.  
Impensis Tobiae Oerlingii.

Prolusio de Phoenice. Ienae 1700. 4to.

Dialogi Germanici de fulmine Cam-  
burgensi. A. 1701. sumptu Io. Bielkii, 4t.

Varia programmata, publico nomine  
scripta.

Brevi sequentur commentationes va-  
riae philologicae, philosophicae, & sacrae.

**BVRCARDVS GOTTHELF  
STRVIVS,**

**IVRIS VTRIVSQVE DOCTOR,  
HISTORICARVM PROFESSOR PVBLI-  
CVS ORDINARIVS.**

**B**atriam nactus est Vinariam Thu-  
ringorum, urbem egregiam, suo  
splendore & ducali sede inclutam,  
in

in qua A. clo loc LXXI hanc lucem aspexit, patre viro illustri, GEORGIO ADAMO STRVVIO, iuris peritorum Germaniae facile principe, & nostratis Saxoniae Papiniano, matre SVSANNA BERLICHIA, natalibus egregiis, virtute incomparabili & affinitatibus summis praedita. Teneram illius aetatem domestica parentum disciplina, & fidorum industria praeceptorum formavit, donec profectibus insigniter auctis, gymnasio Citicensi concrederetur, maiori cum cura sublimioribus studiis praeparandus. Longe plurimum vero se debere profitetur CHRISTOPHORO CELLARIO, viro summo, & de pube literis dicata immortaliter merito, qui aditum ipsi ad omnem elegantiam muniuit, quasque digito commonstravit, qua eundem sit, ampliusque pergendum. Maturus Academiae, hanc nostram omnis diuinae humanaeque sapientiae officinam adiuit, & in humanitate ac philosophia GEORGIVM SCHVBARTVM V. CL. & IOANNEM ANDREAM SCHMIDIVM, nunc abbatis amplitudine conspicuum, praeceptores habuit. In iuris prudentia excolenda ductum PETRI MVLLERI iureconsulti celeberrimi sequutus est, nec minus parenti, nunc ad meliores sedes translato, assiduam operam naua-

nauauit. Hinc anno clō 10c LXXXIX  
 in academiam Iuliam delatus, HENRICO  
 MEIBOMIO & GEORGIO ENGEL-  
 BRECHTO industriam suam commenda-  
 uit, & multas vtilisque doctrinas in ani-  
 mum demisit. Ab his exquisitissima eru-  
 ditione professoribus anno clō 10c XC  
 Helmaestadio Francofurtum ad Sueuum  
 dimissus, ad cumulanda ingeni ornamen-  
 ta illustrem STRYCKIUM adhibuit, cuius  
 praecepta atque commentationes incom-  
 parabiles pronis auribus excepit. Inde in  
 Belgium profectus est, & instituta mores-  
 que ciuium, & rationem formamque im-  
 perandi aspexit. Progredi in maximam  
 & fortunatissimam Europae insulam, quae  
 magna Britannia dicitur, cupienti aduersa  
 valetudo, quae ipsum vehementer afflige-  
 bat, impedimento fuit. Hinc in Germaniam  
 reuersus, & Vezlariae diu commoratus,  
 peragrata mox reliqua Germania, in pa-  
 triam se transtulit, & serenissimorum Saxo-  
 niae ducum bibliothecae, quam in hac ad  
 Salam academia conseruant, clementissime  
 praefectus fuit. Sed cum naturae debitum  
 persoluisset SCHVIBARTVS, ille accer-  
 titus vacantem historiarum professionem

A. clō 10cc IV publica auctoritate  
 suscepit.

Scripta.

Scripta.

Dissertatio de ludis equestribus, vulgo thurnier- und ritter-spielen, quam sub praesidio GEORGI SCHVBARTI d. 22. Februar. 1689. habitam suo quidem Marte elaboravit, sed locupletio- rem longe atque ornatiorem fecit praefes.

Dissertatio de auro fluuiatili, seu vovvafch-gold, quam elaboravit & sub praesidio beati parentis defendit d. 22. Jun. 1689. Haec informam iusti tractatus multum adaucta breui prodibit, inque ea de origine, historia, chymia & iure auri fluuiatilis latius disleretur.

Struuius non errans contra ANTONII a MARA insulas obiectiones editus in Acad. Viadrina 1691. 4.

Bibliotheca numismatum antiquiorum Ienae 1693. 8. in qua omnes auctores de re nummaria recenset, & in ipsam notitiam numismatum introducit.

Epistola ad V. C. CHRISTOPHORVM CELLARIVM, de bibliothecis harumque praefectis Ienae 1696. 12.

Fama Batauica, continens instrumenta pacis inter S. Caesaream Mai. & Imperium Rom. regem Angliae, regem Hispaniae & Belgium foederatum: ac regem Galliae



liae conclusa 1697. Ienae 1698. 4. quae ex Latino, Gallico & Belgico in Germanicum sermonem transtulit.

**BAPT. GVARINVS** de modo & ordine docendi & studendi ex MSto emendatus addita praefatione de formandorum studiorum scriptoribus Ienae 1704. 8.

**PETRI MVLLERI** iurisprud. criminalis post auctoris obitum edita & necessariis supplementis ab ipso aucta. Ienae 1701. 4.

**Reflexions sur le projet de paix, dressé par la France.** Ienae 1698. 4. quas Germanice vertit.

**Pia mortis desideria in obitum SVSANNAE BERLICHIAE,** matris pietissimae, Ienae 1699. 8.

**DIDACI SAVEDRAE** abriß eines Christlichen politischen printzen, Ienae 1700. 12. quam iam Germanice Coloniae 1674 12. editam plerisque in locis emendatam & purius loquentem induxit.

**IOH. FRIDERICI KNORRII** discursus Iuris Canonici, de poenitentia ecclesiastica, von der kirchenbusse, Ienae 1704. 4. quem ab auctore ipsi commendatum duplo auctiorem edidit, atque ex antiquitatibus ecclesiasticis potissimum latius deduxit.

Anti-

Antiquitatum Romanarum syntagma siue  
de ritibus sacris systema absolutius, ad-  
iecta bibliotheca, figuris aeneis & indi-  
cibus necessariis. Ienae 1701. 4.

Disputatio inauguralis de iure bibliote-  
carum. 22. Aug. 1702. Halae sub prae-  
sidio SAM STRYCK. hab. nunc auctius  
edita Ienae 1704.

Acta literaria ex MStis eruta. Ienae 1703. 8.  
recusa Ienae 1706. 8.

Diff. historica de variis modis decernendi  
successorem in regnis Ienae 1703. 4.

Bibliotheca iuris selecta altera editio au-  
ctior Ienae 1705. 8. tertia auctior &  
emendatior, Ienae 1708. 8.

Bibliotheca philosophica in suas classes  
distributa. Ienae 1704. 8. altera editio  
Ienae 1707. 8.

Introductio ad notitiam rei litterariae &  
vsum bibliothecarum : accedit disser-  
tatio de doctis impostoribus, Ienae 1704  
8. Editio secunda auctior & emenda-  
tor, Ienae 1706. 8.

Bibliotheca historica selecta, Ienae 1705. 8.  
altera vice eodem anno edita.

Pii manes Struniani, siue de vita & scriptis  
GEORGII ADAMI STRVVI, Ienae  
1705. 8.

Acta literaria ex MStis eruta fasciculus se-  
cundus, Ienae 1705. 8.

Acta

Acta litteraria ex manuscriptis eruta, fasci-  
culus tertius, Ienae 1705. 8.

Dissertatiuncula de vitiis historicorum, qua  
simul ad orationem inauguralem de me-  
ritis Germanorum in historiam & lectio-  
nes publicas inuitat, Ienae 1705. 4.

Dissertatio de ruta Saxonica, Ienae 1705. 4.  
a respondente IO. CHRISTOPHORO  
DORNIO elaborata, a praeside adorna-  
ta.

Bibliotheca antiqua, curante ipso edita  
Ienae 1705. 1706. 4. prostat nunc sub  
titulo Thesauri variae eruditionis.

Dissertatio praeliminaris de Pyrrhonismo  
historico, praemissa exercitiis disputato-  
riis, Ienae 1705. 4.

Dissertatio prima continens theses varias.

Dissertatio secunda ex historia Rom. pon-  
tificum.

Dissertatio tertia de mortibus illustrium.

Dissertatio quarta de doctis Italiae natura-  
listis. Omnes a respondentibus elabo-  
ratae.

Acta litteraria ex manuscriptis eruta, fasci-  
culus quartus, Ienae 1706. 8.

Acta litteraria ex manuscriptis eruta, fasci-  
culus quintus, Ienae 1707. 8.

Doctus Atheus, programma inaugurale,  
conuerſationibus litterariis praemiſſum,  
Ienae 1707. 4.

Acta literaria ex manuſcriptis eruta, faſci-  
culus ſextus.

Diſputatio hiſtorica de Synodo Francofur-  
tenſi. Ienae 1709.

Diſſertatio de Magorum Meſſiam exoſcu-  
lantium nomine, patria & ſtatu, a re-  
ſpondente elaborata Ienae 1709. 4.

Epiftola ad FRIDERICVM HEILBRVN-  
NERVM de variis periodis iuris publici  
Germanici, Ienae 1709. 4.

Praeter ea, quae vel diariis eruditorum vel  
aliorum laboribus inferuit.

IOANNES IACOBVS  
SYRBIVS,  
LOGICES ET METAPHYSICES PROF.  
PVBL. ORDINARIVS.



Egmariae Doringorum ſuſceptus eſt  
in lucem A. clo lcc LXXIV adul-  
to menſe Iunio, cuius parentes  
ſacerdotio reuerendus, & in diuina huma-  
naque ſapientia verſatiſſimus M. IOAN-  
NES HENRICVS SYRBIVS, & mater or-  
natiſſima ANNA DOROTHEA, IOAN-  
NIS

1709

H

NIS MOSE antistitis Ordruffiensis filia,  
 omnibus modis studuerunt, vt filium do-  
 ctrinae capacem diligenter literis imbuen-  
 dum curarent. Quare creditus est HER-  
 BARTO, ZIEGKLERO atque FIDLERO,  
 viris doctissimis, & nunc sacerdotii ampli-  
 tudine in Thuringia conspicuis, qui pue-  
 rilem aetatem regerent ac moderarentur.  
 Vt primum ex ephebis excessit, Ordruffium  
 a parentibus missus, sub optimis praece-  
 ptoribus optimis disciplinis rite innutritus  
 est. Hinc in gymnasii Gothani tabulas  
 relatus, nihilo segnior fuit, & religiofissimo  
 sacrorum antistiti IOANNI HENRICO  
 FERGIO, reliquisque professoribus acu-  
 tissimis, nominatim IOANNI HENRICO  
 RUMPELIO, GOTHOFREDO VOCKE-  
 RODTIO, TENZELIO ac STROBELIO  
 singularem in audiendo approbavit dili-  
 gentiam. Nono decimo aetatis anno Ienam  
 ablegatus, cum sanctissima DEUM colendi  
 disciplina sapientiam coniunxit, & praeter  
 theologos, BECHMANNVM VELTHE-  
 MIVM & GOEZIVM, quorum laudes haec  
 pagina non capit, philosophos excellentis-  
 simos, POSNERVM, SCHMIDIVM, HE-  
 BENSTREITIVM, HAMBERGERVM,  
 quanta potuit opera sectatus est, ac non  
 languente animo sibi ad imitandum pro-  
 posuit. Nunciam vetustatis historiam au-  
 store

ctore SCHVBARTO versauit, nec minus DANZII consilio in ea lingua, quae Dei mentem aperit, codicemque sanctissimum complectitur, opportune vsus est. Artium liberalium praemia consequutus, scholas aperuit, atque locum deinceps anno c10 l0cc1 in amplissimo philosophorum collegio liberaliter occupauit. A. c10 l0cc IV conspirantibus suffragiis primus seminarii theologici & classis selectae inspector Ienae creatus est, vbi huic muneri laudabiliter praesuit, nulli bono inuisus, & gratus acceptusque primariis aulae viris, quorum nomina aeternitati sunt consecrata. Sed anno c10 l0cc VII Ienam rediit, ac publico principum decreto primam & rationalem philosophiam solemniter docere coepit.

Scripta.

Dissertatio de cultu Bacchi inter Iudaeos, Ienae 1698.

Dissertatio de numero & ferie categoriarum, 1698.

Dissertatio de Sabbatho gentili. 1699.

Dissertatio de Pythagora intra sindonem noscendo pro loco habita 1701.

Epistola ad illustrissimum Baronem Lynckerum. de methodo humanioris doctrinae, pro collegio illustri ipsius auctoritate aperiendo, edita 1703.

Differ.

Dissertatio de auctoritate scripturae sacrae  
inter gentiles. Ifennaci 1704.

Dissertatio de discrimine affectuum spiri-  
tualium & naturalium. 1706.

Dissertatio auspicalis de definitione sapien-  
tiae, Ienae 1707.

IOANNES IACOBVS LVN-  
GERSHAVSEN,

PROFESSOR PVBL. EXTRAORDIN.

ET

VERBI DIVINI MINISTER.



atus est in pago vicinae ditionis  
Dorndorfensi, patre admodum re-  
uerendo IOANNE VALENTI-  
NO LVNGERSHAVSIO, sacerdote ibi-  
dem doctrina & meritis graui, matre MA-  
RIA, EBERHARDIAE stirpis, femina le-  
ctissima & rei familiaris peritissima anno  
clo 100 LXV octau. kal. Nouembris, nec  
multo post in ciuitatem Dei ascriptus, spem  
parentibus optimam fecit. Quippe domi  
excultus, rudimenta studiorum praecepto-  
ribus approbavit, inde in celebrem *coe-*  
*nobii* Roslebiensis scholam missus, sub  
STYRII, SCHMALZII & FRITSCHLERI  
disciplina animum doctrina excoluit, &  
Graecas literas cum Latinis opportune

H 3

con-

coniunxit. Hinc annis octo expletis, Ienam profectus, coeptum laudis cursum feliciter absoluit, & ingenii suauiate diligentiaque singulari grauissimos doctores, VEIGELIVM, POSNERVM, SLEVOGTIVM, SCHMIDIUM, HEBENSTRELTIVM, DANZIVM, BAIERVM, VELTHEMIVM & PHILIPPVM MVLLERVM sibi egregie conciliauit. Quare A. clo lcc LXXXVII laurea ab ordine philosopho donatus, paulatim scholas aperuit, & disputandi prouinciam crebro cum applausu suscepit. Ita magnopere confirmatus, quidam peregrinationis ei suscipiendae auctores fuerunt. Quorum consilio modeste obsequurus, vrbes & prouincias longo interuallo disiunctas peragrauit, & hac occasione in magnorum virorum familiaritatem auspicato peruenit. Ex itinere reuersus, & in ascriptorum & theologiae candidatorum numerum legitime cooptatus, denuo cum iuuenibus discendi cupiditate flagrantibus sapientiae & diuiniore doctrinae praecepta liberaliter communicauit, variaque ad disputandum argumenta nauiter proposuit. Mox altius ascendit, & A. clo lccc I dignitatem maiorem adeptus est, partoque professoris extraordinarii & ecclesiae titulo, omnium expectationem sustinuit.

Scripta



Scripta ab eo edita.

Disp. de decreto Dei circa salutem animarum peccatricium, in quantum ex lumine naturae constat.

Disp. de assensu rebus diuinis naturaliter praestando.

Disp. 2, de iudicio naturae circa naturam scripturae, quarum prior sistit definitionem & causas scripturae, iuxta iudicium rationis nudae sed rectae; posterior prodit eius proprietates, signa & tractationem, i. e. explicationem, probationem, cum quaestione momentosa. Quo pacto, NB. *iudice ratione*, partim probabiliter, partim infallibiliter homo possit esse certus, quod, si scriptum aliquod a Deo, pro salute hominum peccatorum traditum sit, illud reuera sit a DEO profectum?

Disp. de eo, quod naturaliter iustum est circa adiurationem eius, qui se redemptorem mundi vendit: seu de adiuratione Caiphae ex Matth. 26. v. 63.

Disp. de symposiis patrum eremitico-mythicis ex Cor. 10. v. 3. 4.

Disp. de imitamentis naturae circa figuras.

Disp.

Disp. 2. de eruditione academica, quarum prior naturam & subiectum huius eruditionis, posterior vero media eius exhibet.

Disp. de erroribus Socinianorum contra theologiam naturalem.

Dissertationes: de natura, usu & necessitate hermeneuticas: de lingua Anglicana, de usu philosophiae in theol. exemplis patrum demonstrato: de termino gratiae ex dicto Gen. 6. c. 3. de natura & obligatione loquelae humanae &c.

Tract. Arboretum Anglicanum.

Hermeneutica in formam scientiae effectivae redacta tabulisque memorialibus comprehensa.

Responsum ad quaestionem: an detur beatitudo vere, proprie, & absolute dicta in hac vita?

FINIS.



74  
vo 635

ULB Halle

3


005 375 41X



n.c.







BARTHOLOMAEI CHRISTIANI  
 RICHARDI  
 COMMENTATIO  
 DE  
 VITA  
 ET  
 SCRIPTIS  
 PROFESSORVM  
 HODIE  
 IN ACADEMIA IENENSI  
 PVBLICE DOCENTIVM.

SALVSTIVS.

*Is demum mihi viuere et anima frui videtur, qui aliquo negotio intentus, praeclari facinoris aut artis bonae famam quaerit.*

